

Luis de Molina, S. I.

De fide

Comentarios a la II. II., q. 1-16 *

Edición y notas por
MARIANO PRADOS, S. I. y EDUARDO MOORE, S. I.

QUAESTIO 2.

Articulus 1 et 2.

**Utrum actus fidei convenienter distinguatur
per hoc quod est credere Deum, Deo et in Deum?**

[f. 139r]. Quaestione praecedenti disputatum est de objecto fidei. In hac sermo est de actu. Actus proprius fidei, ut ex dictis in superioribus ac alibi¹ patet, est assensus supernaturalis, certus et invidens, qui revelationi divinae tamquam rationi credendi innititur. Quatenus ergo revelationi divinae innititur, dicimus eo nos credere Deo, revelanti scilicet; quatenus vero objectum attributionis et principale fidei est Deus qua Deus, dicimus nos eo credere Deum non semper, sed quando eo tendimus in objectum attributionis fidei; quatenus autem actus fidei, licet sit intellectus imperatur a voluntate, dicimus eo nos credere in Deum, in quem tendimus per affectum charitatis tamquam in finem. Quare non semper ita credimus, sed solum quando actus fidei imperatur a cha-

* Véase ArchTeolGran 39 (1976) 207-259; 40 (1977) 191-235; 41 (1978) 112-330.

1. Véase ArchTeolGran 39 (1976) 220s.

ritate supernaturali iuxta intentionem Augustini² distinguuntur actum fidei in credere Deum, Deo et in Deum. Credere ergo in Deum semper est actus fidei formatae. Unus itaque atque idem actus intellectus esse potest quo credimus simul Deo tamquam rationi credendi, et Deum tamquam obiectum de quo aliquid credimus, et in Deum tamquam in id in quod credentes tendimus per affectum charitatis. Habet tamen hoc ultimum actus ille quatenus imperatur a charitate quod non ponit novam rationem formalem in actu intellectus, quando quidem denominatione extrinseca dicitur charitatis ab actu interno voluntatis in quo est tota bonitas moralis et meritoria. actus tamen internus voluntatis quo immediate imperatur assensus fidei intellectus, non solum habet bonitatem moralem et rationem formalem actus virtutis imperantis actum fidei, quae est propria bonitas moralis virtutis fidei, sed etiam rationem formalem speciei charitatis, quatenus tamquam [f. 139v] a virtute superiori imperatur a charitate et ad eum concurrunt charitas. Durandus in 3, d. 23, q. 7, art. 1.^o arbitratur credere in Deum includere et actum intellectus et actum charitatis voluntatis, quasi credere in Deum includat totum hoc, amare et credere ex amore. Magis tamen placet quod dicunt Thomistae³, dicere scilicet actum intellectus connotando actum voluntatis tamquam quid praesuppositum et requisitum, licet opinio Durandi defendi possit. Quod si litteram Divi Thomae in secundo articulo⁴ videres non confirmari his quae dicta sunt, scito esse errorem caligraphi, et ubi habet *Deum* legendum esse *Deo*, et contra ubi habet *Deo* legendum esse *Deum*.

2. AUGUSTINUS, *In Iohannis Evangelium tractatus CXXIV*, tr. 29, n. 6: CChr 36, 287 (PL 35, 1631). No dice expresamente «credere Deum, Deo et in Deum», pero distingue entre «credere ei et credere in eum».

3. DURANDUS A SRO. PORTIANO, *In Sententias Theologicas Petri Lombardi Commentariorum libri quatuor*, in 3, d. 23, q. 7, n. 6: Amberes, 1568, f. 255r b. Las palabras exactas de Durando son: «Credere autem in Deum non est praecise actus fidei, sed fidei et caritatis simul, et sunt etiam plures et non unus actus tantum.»

4. Véase, por ejemplo: IOANNES CAPREOLUS, *Defensiones Theologiae divi Thomae Aquinatis*, in 3, d. 24, q. un., a. 3, § 1: Turin, 1904, t. 5, pp. 313-316.

5. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae*, II.II, q. 2, a. 2: ed. Leonina, t. 8, Roma, 1895, p. 27.

Articulus 3.

Utrum post Adae peccatum ad iustificationem et salutem fuerit semper necessaria in adultis fides actualis alicuius obiecti ad cuius cognitionem, solo lumine naturali non poterant perlingere; et utrum fuerit necessaria fides Christi saltem implicita.

In titulo fit mentio de adultis quoniam constat ad iustificationem et salutem eorum qui numquam habuerunt usum rationis quique non salvantur meritis propriis sed Christi, neque ante adventum Christi neque post, esse necessariam fidem actualem, sed sufficere habitualem quae eis infunditur simul cum gratia et charitate quando eis applicatur remedium contra peccatum originale, quod semper fuit in orbe, licet aliud atque aliud pro diversitate temporum et partium principalium ex quibus quaestione praecedenti, art. 10, disp. 4^a dicimus constare Ecclesiam universalem. Est etiam in titulo sermo de necessitate finis ad iustificationem et salutem, et [f. 140r] non de necessitate praeccepti; duobus namque modis fides potest intelligi necessaria; altero^a ad vitandum peccatum contra praecceptum de fide habenda et acceptanda; altero vero ad finem, videlicet ad iustificationem et salutem obtinendam. Hoc ergo loco est sermo de necessitate fidei posteriori modo, non vero priori^b; inferius namque erit sermo cum D. Thoma^c de praeccepto fidei.

Est etiam in titulo sermo de fide Christi atque mediatoris saltem implicitae, quoniam constat ante adventum Christi non fuisse necessariam ad iustificationem fidem mediatoris explicitam, quoad condiciones mediatoris, videlicet quod futurus erat Filius Dei homo factus, quod moriturus erat pro salute generis humani, etc.; id

- a. MS: alterum.
b. MS: primi.
c. MS: quae.

6. I. DE MOLINA, *Annotationes in II. II. Dicit Thomae*, q. 1, a. 10, disp. 4; *ArchTeolCron* 41 (1978) 184-212.

7. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae*, II. II., q. 3, a. 2: ed. c., p. 20a.

quod receptissimum est inter doctores in 3. d. 25^a et affirmat Augustinus in libro 19 contra Faustum, cap. 14^o immo aperte colligitur ex Paulo ad Gal. 3^o ubi ait: *conclusit Scriptura omnia sub peccato*, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus, et addit: *prius ante quam veniret fides Christi, scilicet explicita, sub lege, veteri scilicet, custodiebamur conclusi in eam fidem quae revelanda erat*, tempore scilicet legis gratiae. Quare ante legem gratiae fides explicita Christi non erat revelata, et subinde neque necessaria ad salutem; tempore autem legis naturae magis adhuc implicita erat fides Christi et mediatoris quam tempore legis scriptae.

Ut vero distinctius in hac disputatione et in sequenti procedamus, explicandum erit quid nomine fidei implicitae et explicitae intelligatur. Scotus¹¹, Durandus¹² et Gabriel¹³ in 3. dist. 25 bifariam distinguunt fidem implicitam et explicitam: uno modo ut fides habitualis dicatur implicita et actualis explicita, quatenus scilicet actus cre[ati]vendi virtute atque implicite quodam modo continuatur in habitu; hoc modo dicunt pueros baptizatos habere fidem implicitam Christi et eorum quae sunt fidei. Haec tamen usurpatio fidei implicitae et explicitae neque est propria, neque frequens inter doctores. Quare commodius una appellatur fides actualis et alia fides habitualis. Alio modo tam ipsi quam alii distinguunt fidem actualem in implicitam et explicitam ita ut fides actualis ratione eius obiecti quod ea attingitur in seipso dicatur explicita, ratione vero eius obiecti quod ea attingitur in alio in quo quodam modo continetur implicita, v. g. qui habet

8. Véase, por ejemplo: GABRIEL BIZI, *Epithome et Collectorium in quatuor Sententiarum libros*, in 3. d. 25, q. un.: Lyon, 1514, s. f. Afirma que la fe en el Mediador fue siempre necesaria: «pro omni tempore post lapsum, fides mediatoris explicita ad salutem ratione utentibus fuit necessaria». Pero añade que «Deus et homo redimeret humanum genus per hoc quod nasceretur de Virgine, moreretur in cruce: et hoc explicito et particulariter credere non fuit necessarium pro omni status».

DURANDUS, *In Sententias Theologicas...*, in 3. d. 25, q. 1, n. 8: ed. c., f. 258v.

9. AUGUSTINUS, *Contra Faustum Manichaeum*, l. 19, c. 14: CSEL 25, 511 (PL 42, 355s). No dice expresamente lo que trae Molina, sino: «Tunc ergo et occulta erat fides; nam eadem credebant, eademque sperabant omnes iusti et sancti etiam temporum liborum.»

10. Gál 3, 23.

11. I. D. SCOTUS, *Questiones in librum tertium Sententiarum*, d. 25, q. 1, 8: ed. Vivès, t. 15, París, 1894, p. 73. Escoto sólo dice: «Tunc habetur actus implicito quando habetur habitus.» Habla, en toda esta distinción y cuestión, de lo que hay que creer explícitamente.

12. DURANDUS, *In Sententias Theologicas Petri Lombardi...*, d. 25, q. 1, n. 5: ed. c., f. 258v.

13. GABRIEL BIZI, *Epithome et Collectorium...* in 3. d. 25, q. un.: ed. c.

habe actum: credo Scripturam sacram, explicite credit Scripturam ipsam in se, implicite vero singulas partes integrantes quae in ipsa continentur. Qui etiam habet hunc actum: credo sanctam Ecclesiam, aut credo omnia quae tenet sancta Ecclesia, explicite credit quod verba immediate significant, implicite vero singulas veritates fidei quae in illa propositione universali continentur tanquam partes subiectivae in suo obiecto universali. Qui etiam assentitur alicui principio, implicite credit quod ex illo deducitur aut quod in illo aliquo modo continetur aut innuitur, ut qui assentitur mediatorem futurum inter Deum et hominem, aut aliquem in quo benedicantur aut liberentur homines, aut Deum adhibitorum remedia peccatis hominum, esto ignoret qualitates mediatoris atque modum medlandi aut modum quo benedicendae aut liberandae sunt gentes, aut modum et qualitates remedii futuri, implicite credit Christum et omnia quae suo adventu subsequuta sunt. Quare non est necessu ut aliquid consequentia necessaria deducatur ex aliquo principio [f. 141r] (quod tamen quidam affirmarunt) ad hoc ut in illo implicite credatur, sed satis est quod aliquo modo in illo secundum aliquid aut contineatur aut innuatur obscure vel significetur. Atque hanc fuisse mentem Divi Thomae, patet ex art. 7, quaestionis praecedentis¹⁴; ubi in fide remuneratinnis futurae atque providentiae divinae circa perducendos homines in vitam aeternam. Dixi implicite contineri fidem Christi et eorum quae suo adventu sequuta sunt, et in fide huius *Deus* est dixi implicite contineri fidem eorum quae Deo ex natura rei ad intra conveniunt, quia dum creditur esse implicite atque interpretative creditur esse qualis est suapte natura. Ex dictis colligo non esse inconveniens quod aliquis implicite credat unum et explicite erret circa aliud, ut patet si aliquis credat in universali quidquid credit sancta mater Ecclesia, et simul credat David non habuisse plures uxores, ignorans Ecclesiam tenere contrarium tanquam quid contentum in Scriptura Sacra. His praehabitis ut ad quaestionem propositam deveniamus, Solus, 2 libro de natura et gratia, cap. 11¹⁵ in prima editione, in ea fuit

14. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae*, II. II., q. 1, a. 7: ad Leontia, t. 8, p. 19s.

15. D. Soto, O. P., *De natura et gratia*, l. 2, c. 11: Salamanca, 1554, f. 138r-v. Soto afirma: «In iure naturae forsan singulis de plebe non erat alius lucis radius necessarius quam naturalis» (f. 138r). «Sunt verumtamen qui non iudicant aliam fuisse agentibus in lege naturae necessariam agnitionem Dei praeter naturalem [...] Et revera in istorum facilius sententiam (contra pertinaciam tamen) discrederent» (f. 138v).

sententia ut existimaret saltem existentibus in lege naturae saltem fuisse ad iustificationem et salutem cognitionem de Deo naturalem qua cognoscerent Deum esse atque esse remuneratorem, prout utrumque solo lumine naturali potest haberi¹.

Vega, libro 6 super concilium Trident., cap. 20 et 21¹² aliquid amplius ausus est affirmare, videlicet non solum ante adventum Christi, sed etiam post sufficienter promulgatum Evangelium, si daretur in aliquo ignorantia invincibilis huius, *Deus est*, et simul proponeret servare legem naturalem, doleretque de peccatis contra illam commissis [f. 141v] prout videt illa esse mala de se et dissona a recta ratione posse iustificari absque ulla notitia Dei tam naturali quam supernaturali; neque est dubitandum sententiam illius fuisse sufficere etiam ad iustificationem notitiam naturalem qua quis cognosceret Deum esse aut esse remuneratorem, prout lumine naturali potest cognosci; quamquam addat verisimile non esse dari aut datam fuisse invincibilem ignorantiam Dei, aut aliquem aliquando cum sola cognitione naturali Dei habuisse eam subiectionem ad legem naturalem, quae sufficit ut dicatur facere quod in se est et iustificetur, nisi esset eo animo quod etiam cussantibus demonstrationibus credere Deum esse. Vult namque ut manifestissime patet illis duobus capitibus quod si aliqua illarum duarum dispositionum daretur de facto in aliquo iustificaretur absque eo quod haberet altiore aliam cognitionem actualem quam Deus illi inspiraret aut ministraret mediantibus causis secundis, quia putat legem ordinariam a Deo statutam non esse ut nullus iustificetur sine cognitione actuali Dei, et multo minus sine cognitione supernaturali: sed ad hunc sensum posse dici de lege ordinaria neminem iustificari sine fide actuali, quod ubi de facto non est fides verisimile est non dari aliquam illarum dispositionum. Unde si recte advertas ad dicta illius, videtur existimare fidem actualem esse necessariam ad iustificationem necessitate praecepti, non vero necessitate finis. Non est tamen arbitrandum hos duos autores negare eos qui ita iustificarentur recipere a Deo in instanti iustificationis habitum fidei supernaturalem, aut

d. MS: habere.

¹² A. Vega, *De iustificatione doctrina universa*, l. 6, c. 20 et 21. Colonia, 1572, p. 86s.

indigere auxilio supernaturali ex parte voluntatis, cum utrumque sit de fide et affirmet Sulus, loco citato.

Sit nihilominus prima conclusio; semper ad iustificationem [i 142r] adulti necessarius fuit actus fidei supernaturalis, idque necessitate finis, ita quod nullus unquam adultus fuerit iustificatus sine actu fidei et cognitione supernaturali. Haec est Soti, loco citato, in 2^a editione eiusdem libri¹⁷ et in 4, d. 1. q. 2, art. 3^a quibus in locis tanquam periculosam in fide retractavit priorem sententiam; Driedonil, De captivitate et redemptione generis humani, tractatu 4, cap. 2, p. 2, membrum 3^o; Cani, in relectione de sacramentis in communi, p. 2^o; et communis, arbitrarque oppositum esse tanquam erroneum et periculosum in fide, ne amplius addam. Et probatur primo, quia cum intellectus tanquam dux sit voluntatis, nihilque sit volitum quin praecognitum, condecens erat, quod sicut Deus ad iustificationem adulti exigit ex parte voluntatis motum supernaturalem tanquam dispositionem necessariam necessitate finis ad iustificationem (ut est de fide) ita ex parte intellectus exigeret motum et cognitionem supernaturalem per fidem maxime cum de fide sit, quod in quacumque iustificatione tam parvulorum quam adultorum sicut Deus perficit voluntatem habitu charitatis supernaturali, ita etiam perficit intellectum habitu supernaturali fidei, ut patet ex concilio Tridentino, sess. 6, cap. 7^o.

2^o Ut habetur Habacuch 2^o, et refert Paulus ad Rom. 1^o, ad Galat. 3^o et ad Hebr. 10^o, *iustus ex fide vivit*, quia scilicet, fides est fundamentum iustificationis, unde continuo Paulus, ad Hebr. 11^o subiungit fidem esse substantiam, hoc est, fundamentum re-

17. Véase la nota 15.

18. D. Soto, *Commentariorum in Quartum Sententiarum tomus primus*, d. 1, q. 2, a. 3, § Quapropter: Salamanca, 1557, p. 47.

19. J. Durmo, *De captivitate et redemptione generis humani*, tr. 4, c. 2, p. 2, membr. 3: Lovaina, 1534, pp. 266-269.

20. M. CANG, *Relectio de sacramentis in communi*, p. 2: ed. Opera, Serry, Madrid, 1791, t. 1, pp. 382-413. Trata especialmente del tema en la primera conclusión: «Erroneum est, atque adeo forsitan haereticum, asserere, quemquam adultum sine actu fidei per solam naturae cognitionem iustificari» (pp. 394-400).

21. Concilium Tridentinum, sess. 6, c. 7: DS^o 1530s.

22. Hab 2, 4.

23. Rom 1, 18.

24. Gal 3, 11.

25. Heb 10, 38.

26. Heb 11, 1.

rum sperandarum, cui scilicet tamquam fundamento et iustificatio et bona quae speramus in illa vita iununtur. Quare si desit, nihil aliorum esse potest, perinde atque sine fundamento construi non potest domus, probatque longu sermone quasi inductione quadam iustos tam legis naturae quam [I. 142v] scriptae, fide placuisse Deo, operatosque esse insignia opera quae commemorat Scriptura quasi fides fuerit fundamentum iustificationis et operum per quae placuerunt Deo. Et quod loquatur de fide actuali patet intuenti inductionem Pauli, tum etiam quia probat Ennch habuisse *dem*²⁷ per hoc quod ante translationem habuit testimonium placuisse Deo, *sine fide autem addit, impossibile est placere Deo*²⁸. *Credere enim, inquit, oportet accedentem ad Deum quia est. et inquirentibus se remunerator sit; credere autem actum importat.* Praeterea de adultis loquitur, exprimitque illa duo, quod²⁹ semper fuit necessarium credere ad iustificationem; fides vero habitualis una et eadem numero acque est omnium obiectorum. Cum ergo nomine fidei in Scripturis Sanctis cognitio supernaturalis intelligatur non qualiscumque, sed quae innitur divinae revelationi, conciliumque Tridentinum, sess. 6. cap. 6³⁰, hunc locum Pauli interpretetur de cognitione actuali fidei supernaturalis, quam in adulto dicit esse dispositionem ad gratiam. fit ut ad omnem iustificationem adulti semper necessaria fuerit cognitio fidei supernaturalis.

3.^o Ioannis 6³¹ inquit Christus: *Nemo potest venire ad me nisi Pater qui misit me traxerit eum, per motum scilicet et auxilium supernaturate.* Et quod sil sermo de tractu et motu non solum per voluntatem, sed etiam per intellectum patet quia subdit: *omnis qui audit a Patre, et didicit, venit ad me.* Audire autem et discernere³² intellectus est. Item 2 Cor. 3³¹: *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis (prout scilicet oportet ad salutem), sed sufficientia nostra ex Deo est. Et ad Ephes. 2³² fides dicitur donum Dei.* Quare fides quae perpetuo iuxta Scripturas fuit

e. MS: dicere.

27. Heb 11, 5.

28. Heb 11, 6.

29. Concilium Tridentinum, sess. 6, c. 6. D⁹ 1526.

30. Jn 6, 44, 45.

31. 2 Cor 3, 5.

32. Ef 2, 6.

initium et fundamen[t. 148r]tum iustificationis (de Christo enim qui universalis est redemptor dicitur Rom. 3^o quem Pater posuit propitiationem¹ per fidem) utique cognitio est supernaturalis, unde Pelagiani, qui saltem initium fidei volebant esse a nobis sine speciali auxilio Dei, damnati sunt in concilio Milevitano, can. 4^o, et in Arausicano can. 1, 6, 7^o ubi oppositum fuit definitum; et Augustinus qui in eodem fuit errore antequam esset episcopus, ut patet De praedestinatione sanctorum, cap. 3^o eum postea retractavit libro 2 De bono perseverantiae, cap. 20^o.

4. Probatur conclusio apertissime ex concilio Tridentino, sess. 6, cap. 7^o ubi ita definitur. Sine fide nulli unquam contigit iustificatio. Et est sermo de fide supernaturali. Et cap. 8^o: fides est humanae salutis initium, fundamentum et radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, et ad filiorum eius consortium pervenire. Et canone 3^o: "Si quis dixerit sine praevemente Spiritus Sancti inspiratione atque eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut poenitere posse, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit."

2. conclusio. Ad iustificationem adultorum semper fuit necessaria fides alicuius obiecti, ad cuius cognitionem solo lumine naturali pervenire non poterant. Hanc intendit D. Thomas, hoc loco². Et probatur, quia concedens erat ut cognitio finis et praemii ad quod iustificatio et opera quae divina gratia adiuti praestantur, ordinantur, antecederet iustificationem et opera meritoria, tum ut in finem praecognitum nos ipsos et opera nostra dirigeremus, tum etiam ut spes praemii ad illa promptius exercenda eliceremus; cognitio namque finis in creatoris rationalibus quae se

f. MS: propitiatorem.

33. Rom 3, 25.

34. Concilium Milevitanum, c. 4: Conciliorum omnium tomus primus, f. 402 b.

35. Concilium Arausicanum, can. 1, 6, 7: DS² 371, 376, 377.

36. Augustinus, De praedestinatione sanctorum, c. 3: PL 44, 964.

37. Id., De bono perseverantiae, l. 2, c. 20: PL 45, 1026.

38. Concilium Tridentinum, sess. 6, c. 7: DS² 1529.

39. Concilium Tridentinum, sess. 6, c. 8: DS² 1532.

40. Id., ib., can. 3: DS² 1533.

41. THOMAS AQUINAS, Summa Theologiae, II. II., q. 2, a. 3: ed. Leonina, l. 8, p. 288. Dicit quae la fe es necessaria ad salutem.

agunt in finem antecedere debet applicationem * me[f. 143v]diorum, maxime si habeant rationem eius praemii quod sua praesentia invitare possit ad applicationem mediorum et ad superandas difficultates quae se offerre possunt; finis autem ad quem divina benignitate conditi sumus, et praemium nobis propositum solo lumine naturali cognosci non potuit, ut l p., q. 1, art. 1.^o ostensum est. Neque etiam (quicquid alii dicant) cognosci potuit praemium supernaturale esse nobis praeparatum; licet enim valde consonum sit rationi esse nobis praeparatum, et conilci forse potuit tamquam quid consonum, non tamen potuit certo cognosci absque divina revelatione. Quare cum cognitio finis et praemii supernaturalis a Deo praeparati necessaria semper fuerit ad iustificationem adulatorum, ut Paulus testatur esse dicens⁴²: *accidentem ad Deum oportet credere quia est, et inquiringibus se remunerator sit*, huiusmodi autem praemium solo lumine naturali cognosci certo non potuerit, fit ut fides alicuius obiecti supernaturalis necessaria semper fuerit ad iustificationem adulatorum. Nobiscum in hac conclusione eiusque propositione consentit Sotus, locis citatis⁴³, confirmatque in quarto⁴⁴, Paulum loquutum fuisse de remuneratione et praemio supernaturali ad cuius cognitionem solo lumine naturali non poteramus pervenire ex definitione fidei quam praemisserat, videlicet, est *substantia rerum sperandarum*⁴⁵, id est, bonorum quae speramus in alia vita; *argumentum non apparentium*⁴⁶, quia scilicet, invisibilia et occulta sunt lumine naturali. Et adverte fidem quod Deus sit et quia inquiringibus se sit remunerator non solum fuisse necessariam post lapsum primorum parentum, sed etiam in statu innocentiae. Quare non solum primi [f. 144r] parentes sed et Angeli acceperunt a Deo revelationem praemii supernaturalis futuri habueruntque fidem illius, dum fuerunt in via.

g. MS: applicatio non.

42. L. DE MOLINA, *Commentaria in primam Divi Thome partem*, q. 1, n. 1, disp. 3: Cuenca, 1582, cols. 17-20.

43. Heb 11, 6.

44. Véanse las notas 15 y 18.

45. D. SOTUS, *Commentariorum... in Quartam Sententiarum tomus primus*, d. 1, q. 2, a. 3: Salamanca, 1557, p. 462a.

46. Heb 11, 1.

Confirmatur praeterea conclusio, quia post lapsum Adae semper ad iustificationem adulti necessaria fuit fides saltem implicita mediatoris, atque Christi, ut statim ostendemus. Fides autem implicita Christi exigit revelationem alicuius obiecti, in quo implicita credatur adventus Christi et redemptio per ipsum futura, quod plane esse non potest obiectum in cuius cognitionem homines solo lumine naturali poterant devenire, quandoquidem adventus Christi et redemptio futura pendet ex libera voluntate Dei, et proinde non continetur in his quae sunt naturaliter cognita; necessaria ergo fuit revelatio peccati et remedii in genere contra ipsum futurum, aut revelatio reconciliationis futurae hominis cum Deo aut alicuius mittendi in bonum hominum, vel aliquid simile, in qua implicita contineretur fides mediatoris, haec autem solo lumine naturali non poterant innotescere.

3.^a conclusio. Ad iustificationem adultorum post Adae peccatum semper fuit necessaria fides actualis Christi saltem implicita. Haec est Soli, in 4^a, Driedonis⁴⁷ et Cani⁴⁸, lucis citatis; Osii⁴⁹, in sua confessione fidei, cap. 2, de fide et symbolo, Magistri⁵⁰ et scholasticorum in 3, disp. 25; et eam aperte innuit Hieronymus⁵¹ super illud ad Galatas 2^o: *Scientes quod non iustificatur homo ex operibus legis, super illud Galat. 4^o: quanto tempore haeres parvulus est*, eam affirmat Augustinus tum alibi saepe, tum etiam in epistola ad Optatum⁵², quae est 157 ubi inquit: "Saluberrima fide Christi Iesu mediatoris Dei [f. 144v] et hominum etiam illi iusti salvi facti sunt, qui prius quam veniret in carne crederunt esse venturum." Et addit: Eadem namque fides est illorum et nostra; et infra⁵³: cum omnes iusti sive ante incarnationem sive post incarnationem Christi nec vixerint nec vivant nisi ex fide incarna-

47. D. Soto, *Commentariorum in Quartum Sententiarum, tomus primus*, d. 1, q. 2, a. 3; ed. c., p. 488s.

48. Vides in nota 19.

49. M. Cano, *Selectio de sacramentis in communi*, p. 2; ed. c., 2, 383ss.

50. E. Hostus, *Confessio catholicae fidei christiana*, De fide et symbolo, c. 2; Opera omnia, Venetia, 1573, f. 1rv.

51. P. Lombardo, *III Sententiarum*, dist. 25, c. 1; Florentia, 1916, p. 685.

52. Hieronymus, *Commentarii in IV epistulas Pauli (ad Galatas...)*, l. 1, c. 2, l. 2, c. 3; PL 26, 368s; 396s.

53. Gal 2, 16.

54. Gal 4, 1.

55. Augustinus, *Epistola 190, ad Optatum*, 2, 8; CSEL 57, 141s (PL 33, 858).

56. *Id.*, *ib.*, 2, 8, 0; *ib.*, 141, 18-19; 143, 141s.

tions Christi, profecto quod scriptum est non esse aliud nomen sub coelo in quo nos oporteat salvos fieri ex illo tempore valet ad salvandum genus humanum, ex quo in Adam vitiatum est. Eadem est Gregorii, homilia 16 in Ezechielem⁵⁷; et communis. Neque esset tutum in fide eam negare.

Probatur vero primo, quia condicens erat, quod sicut Christus Dominus caput est Ecclesiae totius universalis quae fuit a lapsu primorum parentum usque ad consummationem saeculi atque redemptor universalis cuius meritis iustificantur quotquot in ea iustificati sunt, ita Deus eligeret fidem actualem quae illius esset aliquo modo quem proposuit propitiatorem per fidem in sanguine ipsius tanquam dispositionem ad iustificationem omnium adulatorum, qui fuerunt a lapsu primorum parentum. Et confirmatur, quia ut quaestione praecedenti, art. 10, disp. 1^a visum est, fides Ecclesiae universalis, extra quam non est iustificatio, est fides mediatoris, atque in hoc distinguitur Ecclesia universalis cuius caput est Christus, ab statu primorum parentum ante peccatum qui ad eam non pertinent.

2.^o probatur conclusio, quia scopus Pauli in epistola ad Romanos et ad Galatas est homines non iustificari ex operibus legis, sed per fidem Iesu Christi quem Pater proposuit propitiationem^h per fidem in sanguine ipsius, ut habetur Rom. 3^a et loquitur de iustifi[ca]tione quae est non solum post adventum Christi, sed et ante. Quapropter 2 Cor. 4^a affirmat nos et priores patres habere eundem spiritum fidei, quia scilicet quod illi expectabant et credebant venturum, nos credimus venisse. Et Petrus, Act. 4^a: *Non est in aliquo alio salus neque aliud nomen sub coelo datum est hominibus in quo oporteat nos salvos fieri.*

h. MS: propitiatorem

57. Gregorius I, *Homilia 16 in Ezechielem*. Opera, Paris, 1553, f. 295r b F. Dice solamente que los Padres del Antigo Testamento tienen la misma fe que nosotros; «Padres nostri vel prius a Veteri vel nunc a Novo Testamento venientes in unam Mediatoris fidem conveniunt.» Y más adelante habla de la necesidad de la fe en general: «Quid per marginem ante thalamos nisi fides exprimitur? Qui nisi prius ipsa teneatur nullo modo ad spiritalem amorem pertingitur» (f. 295v b).

58. Véase ArchTeolGran 41 (1970) 150g

59. Rom 3, 25. Gál, 2, 16

60. 2 Cor 4, 13.

61. Heh. 4, 12.

Adversus hactenus dicta obijcies 1.^o quia Paulus ad Hebr. 11⁶² ad iustificationem solum exigit fidem quod Deus est et involventium se remunerator sit; in eo autem non continetur fides implicita Christi ut patet, quia in statu innocentiae non esset illa fides, et non esset fides implicita Christi; ergo non tempore post Adae peccatum fuit necessaria fides implicita Christi.

2.^o In statu legis naturae nihil erat revelatum, ut patet, tum quia ob id status ille legis naturae dicebatur, tum etiam quia si aliquid esset revelatum, esset praeceptum aliquod supernaturale atque iuris positivi divini de fide habenda et acceptanda, quod tamen est falsum, quandoquidem status ille ob id legis naturae dicitur, quod in eo homines solum tenentur ad praecepta legis naturalis; si ergo ut in illo statu nulla fuerit fides, et subinde ut ad iustificationem non fuerit necessaria cognitio supernaturalis.

Ad 1 horum dicendum est, cum Osio loco citato⁶³, ad iustificationem hominum in quocumque statu etiam ante peccatum necessariam esse fidem illorum duorum, et ob id dixisse Paulum⁶⁴: *Accedentem ad Deum oportet credere quia est et inquirentium se remunerator sit*. Licet vero sufficeret ante peccatum, non tamen sufficit post peccatum, ut ostensum est, neque id affirmavit Paulus.

Ad 2 negandum est antecedens. Primis enim parentibus [f. 145v] revelatum erat praemium supernaturale etiam in statu innocentiae, et latum tunc erat praeceptum positivum de non comedendo ligno vetito sub comminatione non solum mortis temporalis sed etiam (ut videtur) aeternae, atque amittendi amicitiam et dona Dei; cognitio vero haec quae non aliter, quam per revelationem esse potuit, mansit post peccatum. Item post peccatum innotuit Adamo macula originalis quae inficeret totum genus humanum et remedium contra ipsam, cuius tempore legis naturae fuit usus in orbe ut iustificarentur pueri; haec autem aliter quam per revelationem non potuerunt innotescere; innotuit praeterea illi futurum mediatorem qui deleteret peccatum, et in quo vim haberent remedia contra peccatum originale et actualia, ut patet ex illo Gen. 3⁶⁵ ad serpentem: *Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius, et ipsa aut ipsum conteret caput*

62. Hebr. 11, 6.

63. Vide supra nota 50.

64. Hebr. 11, 6.

65. Gn 3, 15.

factum. Mediator autem non nisi per revelationem innotescere potuit; hoc ipsum revelatum etiam fuit non solum implicite, sed etiam explicite Beato Iob ut patet ex illo⁶⁶: *Credo quod redemptor meus vivit, similiter*¹ et pluribus aliis pertinentibus ad legem naturae. Propter quod Concilium Tridentinum, sess. 6, cap. 2⁶⁷ dicit Christum Iesum et ante legem et legis tempore multis sanctis patribus declaratum et promissum fuisse. Adde quod plura alia revelata sunt tempore legis naturae. Iudas enim Apostolus refert Enoch prophetasse⁶⁸: *Ecce venit Dominus in sanctis milibus suis facere iudicium etc.* Et multa alia procul dubio revelata sunt, quorum cognitio et fides conservata fuit per traditionem patribus docentibus filios et divina providentia quae numquam dormit, excitante alio atque alio tempore alios atque alios iustos, quibus Deus communicabat peculiariter suum Spiritum et revelabat in particulari atque explicite adventum Christi atque alia mysteria fidei in propriam bonum et in instructionem aliorum qui per [I. 146] inde maiores in statu legis naturae atque scriptae consueverunt appellari, atque hi tenebantur explicite credere ea quae ipsis explicite revelabantur. Hoc enim ipso quod Deus aliquid alicui explicite revelat (modo certum sit revelationem esse a Deo) ex natura rei nascitur obligatio illud credendi, esseque aliquem incredulum divinae revelationi de se est peccatum infidelitatis, quod in Zacharia⁶⁹ punxit Deus, quando incredulus fuit revelationi, quae ei per angelum ferebat circa conceptionem Baptistae.

Ex his omnibus patet plura esse revelata tempore legis naturae, neque tempus illud ob id dici legis naturae quod in eo nihil esset revelatum, sed ad differentiam legis scriptae data filiis Israel, atque ad differentiam legis Evangelicae per Christum factae universo orbi. Quia enim illi fore ad alia non tenebantur quam ad ea quae erant iuris naturalis, neque erant illis alia praecepta imposita quam quae ex natura rei consurgebant spectato statu generis humani post lapsum Adae et facta revelatione quam decebat fieri, ut tunc esset Ecclesia et homines iustificarentur, tempus illud atque status ille dicitur legis naturae.

1. MS: similibus.

66. Job 19, 25

67. Concilium Tridentinum, sess. 6, c. 2: DS⁶⁶ 1522.

68. Jds 14

69. Lc 1, 20.

Ad id ergo quod in argumento subiungitur de praecepto fidei advertendum est fuisse praeceptum supernaturale de fide habenda et confitenda exterius quando oporteret, tum etiam praeceptum de applicando filiis remedium contra peccatum originale ut iustificarentur, sicut etiam confitendum est tum fuisse praeceptum de spe, charitate et contritione. Haec tria praecepta ex natura rei consurgebant supposita cognitione culpae, posita revelatione finis et praemii supernaturalis, ad quod homines erant conditi et habita notitia aut facta revelatione mediocum quibus tunc necesse erat uti ad finem assequendum. Quare huiusmodi praecepta non alla promul[*f. 146v*]gatione indigebant, quia lumen naturale illa dictabat supposita revelatione aut notitia eorum, quae dicta sunt. Quo fit, ut licet non sint praecepta pure naturalia, quia supponunt ordinem creaturae rationalis ad finem supernaturalem et revelationem finis supernaturalis culpae originalis et mediocum ad finem, eatenus tamen ad ius naturale potius quam ad positivum dici possunt quodammodo pertinere, quatenus ex natura rei consurgunt facta revelatione et habita notitia explicita, qua etiam de ea status hominum a casu primorum parentum usque ad legem scriptam, status legis naturae dictus est.

Articulus 4.

Utrum credere ea quae ratione naturali probari possunt, sit necessarium.

Circa hunc articulum vide quae dicta sunt disputatione 3. quaestionis praecedentis, art. 8, et 1 p. q. 1, art. 1, disp. 1^o.

Articuli 5, 6, 7 et 8.

Utrum ad iustificationem adultorum requiratur post sufficientem Evangelii promulgationem fides actualis explicita Christi.

Disputatio 1^a.

Licet D. Thomas¹¹ in his articulis potissimum loquatur de necessitate praecipui, attamen in hac disputatione sicut et in prae-

10. V. Vide ArchTeolGron 39 (1876) 251-258.

11. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae* II. II., q. 2, a. 5-8 ed. Leonina, t. 6, pp. 31-35.

cedenti sermo est de necessitate finis ad justificationem et vitam aeternam consequendam. Supponendum vero hoc loco dari posse ignorantiam invincibilem fidei Christi, non solum explicitae, sed etiam implicitae, tum etiam baptismi caeterorumque quae sunt de iure divino positivo, quod late ostensum est l. 2., q. 76, art. 2, disp. 4^{ta} ubi pau[f. 147r]ca dicta sunt, quae conducunt maxime ad intelligentiam huius et praecedentis disputationis, neque est quod impetantur.

Circa quaestionem propositam variae sunt doctorum sententiae. CANUS, in Relectione de sacramentis in communi. p. 2^{ta}, et CASTRUS, De potestate legis poenalis, lib. 2, cap. 4^{ta} affirmat fidem explicitam Christi post sufficientem Evangelii promulgationem necessariam esse ad consequitionem vitae aeternae ita quod nullus adultus vitam aeternam post sufficientem Evangelii promulgationem factam orbi consequatur, nisi habeat in via actum fidei quo in Christo explicite credat. At vero inquirunt, si quis invincibiliter ignoraverit explicite Christum, poterit iustificari post sufficientem Evangelii promulgationem cum ea fide implicita Christi cum qua homines iustificabantur in lege naturae. Prius tamen quam ex hac vita discedat vel incidet in peccatum mortale atque damnabitur vel Deus illum illuminabit per se ipsum interius vel ministerio alicuius angelii vel concionatoris quem ad illum mittet, instrueturque circa fidem explicitam Christi; sicut instructi fuerunt Cornelius ministerio Petri⁷², et Eunuchus ministerio Philippi⁷³; facienti namque quod in se est Deus non denegat necessaria ad vitam aeternam consequendam⁷⁴. Quare cum ex Scripturis constet

72. L. DE MOLINA, *Expositiones in primam secundae Divi Thomae*, q. 76, a. 2, disp. 4^{ta}. Bibl. Nat. Lisboa, Fundo Geral, cod. 2804, f. 284v-291v.

73. M. CANO, *Relectio de sacramentis in communi*, p. 2: ed. Seiry e., 2, 385-390.

74. ALONSO DE CASTRO, *De potestate legis poenalis*, l. 2, c. 14: ed. Opera, Madrid, 1773, t. 2, p. 419 n. C.

75. Heb. 10, 34-43.

76. Heb. 8, 25-32.

77. El axioma, en su forma actual, empieza a aparecer en la Escolástica primitiva: cfr. A. M. LANGBACH, *Dogmengeschichte der Frühscholastik*, t. 1/1, Regensburg, 1952, pp. 249-264. Para los antecedentes patristicos de la fórmula, véase J. RIVIÈRE, *Quelques antécédents patristiques de la formule: «Facienti quod in se est»*: *RevSciencRel* 7 (1927) 93-97. Sobre el sentido del axioma en Molina, véase J. RAHENEK, *Das Axiom: «Facienti quod est in se Deus non denegat gratiam» nach der Erklärung Molinas*: *Schol* 32 (1957) 27-40; J. HELLIN, *El axioma «Facienti quod est in se Deus non denegat gratiam» en el P. Luis de Molina*: *EstEcl* 35 (1960) 171-199; H. FRANCO, *El axioma «Facienti quod in se est Deus non denegat gratiam» y la venida del hombre*

conditionem sine qua Deus statuit nullum admittere ad vitam aeternam esse fidem explicitam Christi, ad providentiam et leges ordinarias ipsius spectat praedicto modo hunc illuminare antequam veniat tempus in quo discedere debet ex hac vita, neque id, inquit, inter miracula est computandum tametsi sit rarum, quia est secundum leges ordinarias, perinde atque iustificatio impij [f. 147v], et transsubstantiatio quae fit in Eucharistia inter miracula non computantur, quia licet supernaturaliter fiant, sunt tamen iuxta leges ordinarias; ad rationem vero miraculi requiritur quod non sit secundum leges ordinarias.

Primum horum, quod scilicet post sufficientem Evangelij promulgationem factam orbi necessaria sit adultis fides explicita Christi ad consequentiam vitae aeternae, adeo certum putat Canus⁷⁸, ut id negare affirmet esse non solum periculosum, sed et erroneum. "Dicerem, ait ille, haereticum, nisi modestius esse Ecclesiae diffinitioni hanc notam relinquere." Probatur vero id primo, quia ut ex Scripturis constat ad Galatas 3 et 4⁷⁹ ac alibi, fides Veteris Testamenti erat fides implicita Christi; fides vero Novi est fides explicita Christi, et hanc iussit Christus praedicari Marci ultimo⁸⁰ dicens: *praedicate Evangelium omni creaturae; addens: qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit, qui vero non crediderit condemnabitur*. In quibus verbis, Bernardus, epistola 77 ad Hugonem⁸¹, advertit non fuisse dictum qui non fuerit baptizatus condemnabitur, ut doceretur maiorem esse necessitatem fidei Evangelij ad salutem et vitam aeternam quam baptismi. Si enim facultas non sit suscipiendi baptismum, poterit quis sine baptismo in re consequi vitam aeternam, ut sine fide Evangelij atque adeo explicita Christi nullo modo; fit ergo ut fides explicita Christi post Evangelium sufficienter orbi promulgatum omnino necessaria sit adultis ad vitam aeternam consequendam.

2.^o probat id ex illo Ioannis 3⁸²: *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filius [i. 148r] hominis (in cru-*

⁷⁸ *in se según Molina*: ArchTeolGran 24 (1961) 33-41. [Bibliografía que debe mos a la amabilidad de C. Pozo.]

⁷⁹ Véase la nota 73: ib., p. 306.

⁸⁰ Gal 3 y 4 passim.

⁸¹ Mc 16, 15a.

⁸² EGUNANCI.S., *Epistola seu tractatus de baptismo ad Hugonem*, c. 2, n. 3: PL 182, 1036

⁸³ Jn 3, 14a, 18, 36.

ce scilicet) *ut omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam aeternam. Et infra: qui credit in eum non iudicatur, qui autem non credit iam iudicatus est, quia non credit in nomine Unigeniti Filii Dei; qui credit in Filium habet vitam aeternam, qui autem non credit non videbit vitam.* Et Ioan. 10^m: *Ego sum ostium, per me si quis introierit salvabitur; et cap. 14^m: Ego sum via, nemo venit ad Patrem nisi per me. Et cap. 17^m: Haec est vita aeterna* (id est, in hoc consistit tamquam in medio ad id necessario) *ut cognoscant te Deum verum, et quem misisti Iesum Christum, per fidem scilicet; fit ergo ut fides explicita Christi sit medium omnino necessarium adultis post sufficientem Evangelii promulgationem ad vitam aeternam consequendam.*

3.^o quia Cornelio, viro iusto atque timenti Deum, dixit angelus Act. 10^m: *mitte et accerse Simonem, et ille dicet tibi quid te oporteat facere.* Quae verba tractans Augustinus, De praedestinatione sanctorum cap. 7^m, inquit: Non sine fide Cornelius orabat, nam quomodo invocabat in quem non crediderat, sed si posset sine fide Christi esse salvus, non ad eam aedificandam mitteretur archetypus Apostolorum Petrus, qui illi diceret quid oporteret eum audire. Fides igitur explicita Christi qua carebat Cornelius licet esset iustus ex sententia Augustini et haberet fidem implicitam Christi, est post Evangelium promulgatum ad vitam aeternam consequendam omnino necessaria.

4.^o quia Athanasius in Symbolo ait⁸⁷: *Necessarium est ad aeternam salutem ut incarnationem Domini nostri Iesu [f. 148v] Christi fideliter credat; et in fine Symboli: Haec est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit; ergo ad vitam aeternam consequendam necessaria omnino est fides explicita Christi quae traditur in Symbolo.*

5.^o In concilio Lateranense. IV^m, et refertur de summa Trinitate et fide catholica, cap. Firmiter ita habetur⁸⁸: *una est fidelium*

1. MS. 2^o.

83. Jn 10, 8.

84. Jn 14, 6.

85. Jn 17, 3.

86. Heb 10, 5.

87. AUGUSTINUS, *De praedestinatione sanctorum*, 7, 12: PL 44, 970.

88. PSEUDOATHANASIOS, *Symbolum «Quicumque»*: DS²² 76.

89. *Concilium Lateranense IV*, cap. 1: DS²² 802.

universalis Ecclesia extra quam nullus omnino salvatur. Et idem habetur in extravagante Unam sanctam, de maiestate et obedientia, quae est Bonifacii VIII^m. Sed qui hodie cum ignorantia invincibili Christi haberet scilicet fidem implicitam Christi, qualem habebant quondam fideles in lege naturae et Iudaei in lege scripta, non esset de Ecclesia quandoquidem iam desierunt esse illa duo ovilia legis naturae et synagogae, et mansit sola Ecclesia christiana de cuius gremio constat illum non esse, et de qua ad litteram loquuntur Concilium Lateranense⁹⁰ et Bonifacius VIII^m; ergo ille cum illa tantum fide non salvaretur; fit igitur ut post sufficientem Evangelii promulgationem necessaria sit fides explicita Christi ad vitam aeternam consequendam.

Secundum, quod scilicet possit nihilominus adultus, qui invincibiliter explicitè ignoravit Christum, iustificari post sufficientem Evangelii promulgationem factam orbi sine fide explicita Christi cum ea fide quae satis erat in lege naturae, probat Canus⁹¹. 1.^o quia Cornelius iustificatus erat antequam acciperet fidem Christi explicitam; licet ergo illi fuerit necessaria fides explicita Christi ad vitam aeternam consequendam, non tamen fuit ad iustificationem.

2.^o Deus in Lege Nova non communicat fidem explicitam Christi sine praedicante, ut patet Rom. 10^o: *quomodo cre[de]nt, inquit Paulus, quem non audierunt, quomodo audiant sine praedicante?* Et infra⁹²: *ergo fides ex auditu*. At quivis homo post promulgatum orbi Evangelium potest in quocumque instanti iustificari. Cum ergo non in quocumque instanti possit habere conclonatore qui cum instruat de fide explicita Christi, neque si illum haberet, conclonator posset eum de ea instruere in instanti. fit ut etiam post sufficientem Evangelii promulgationem, non sit necessaria fides explicita Christi ad iustificationem.

Sententia haec Canti et Castri ut multis non placet, de quorum numero est Sotus, in 4, dist. 5, q. 1, art. 2^o, ita neque mihi placet;

90. C. J. C., *Extravagantes adnventus*, lib. 1, tit. 8 De maiestate et obedientia, c. 1: ed. Friedberg, 3, 1295.

91. M. CANO, l. c. (nota 73): ed. c., 3, 403.

92. Rom 10, 14.

93. Rom 10, 17.

94. D. SOTO *Commentariorum... in Quartam Sententiarum, tomus primus*, dist. 5, q. un., a. 2: ed. c., pp. 274-279.

primo, quia maius est admitti aliquem ad gratiam et amicitiam Dei, fierique ex inimico amicus et filius Dei quam postquam est iam amicus et filius admitti ad vitam aeternam. Quare si ad gratiam et amicitiam Dei non aliter exigit Deus fidem explicitam Christi necessitate finis nisi quatenus est de necessitate praecepti, neque etiam illam exiget ad admittendum illum in vitam aeternam, quae hoc ipso quod est amicus et filius Dei est ei debita; vel ergo dicendum est fidem explicitam Christi post Evangelii promulgationem necessariam esse adultis ad utrumque, vel ad neutrum, ubi intercesserit ignorantia invincibilis.

2.^a ex Scripturis non constat fidem explicitam Christi necessariam esse post justificationem ad ingressum in vitam aeternam, neque ullus doctorum antiquorum id affirmavit, quin potius tamquam durum et irrationabile se offert intellectui Augustinusque sicut de baptismo adversus Pelagianos, tomo 6, dixit⁹⁵: propterea sine baptismo non patet introitus ad regnum caelorum, quod sine illo non potest fieri remissio peccatorum, ita idem diceret de fide; neque enim umquam aliquis plus exigit in hac vita ad aeternam consequendam quam quod requiritur ab obtinendam et consequendam gratiam et amicitiam Dei, Christusque suis meritis delendo peccata et reducendo nos in gratiam et amicitiam Dei quam per peccatum amisimus, restaurat nos et perducit in vitam aeternam. Irrationabile ergo (ne quid amplius dicam) videtur affirmare fidem explicitam Christi necessariam esse post justificationem ad vitam aeternam consequendam Deumque curaturum illis vivis ut iustificatus sine fide explicita Christi eam acquirat, antequam e vita discedat.

3.^a Licet in pluribus locis ex his quae citat Canus mentio fiat vitae aeternae, id non est quod idem non sit intelligendum etiam de gratia, de qua ob id Paulus Rom. 6^o dicit: *gratia Dei vita aeterna*, quod sit medium ultimum ad gloriam, sine quo caetera sunt nullius et iuxta quod mittitur Deus vitam aeternam. Quare quod de vita aeterna dicitur tanquam de praemio quod allicere et monere poterat magis homines intelligendum est etiam de gratia qua iustificantur et iuxta quam confertur vita aeterna. Unde Paulus Rom. 10^o: *corde*, inquit, *creditur ad iustitiam*; et loquitur

95. AUGUSTINUS, *Sermo 264: De baptismo parvulorum contra Pelagianos*. c. 6ss, n. 6ss: PL 38, 1138s.

96. Rom 6, 23.

97. Rom 10, 10.

de fide explicita Christi. Et Ioannes 1.^o canonica, cap. 5^{mo}: *qui habet filium Dei habet vitam, qui non habet filium Dei, vitam non habet*, animae scilicet. Habere autem filium est credere in filium, ut ibidem ait Ioannes⁹⁸. Fides ergo ad iustificationem exigitur perinde atque ad vitam aeternam. Praeterea illud Ioannis 3^{mo}: Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, patet intelligendum esse de necessitate fidei ad iustificationem. Serpens enim ille aeneus elevatus a Moyse in eo erat typus Christi, quod sicut qui in illum aspiciebant, sanabantur a morsibus serpentum, ita qui aspiciunt in Christum credentes in ipsum sanantur a peccatis, quae morsus sunt antiqui serpentis. Unde Christus⁹⁹: *ut carnis*, inquit, *qui credit in illum non pereat*, propter peccata scilicet quibus dignus erat morte aeterna; sed [f. 150r] *habeat vitam aeternam*, sanatus scilicet ab illis credendo. Ad nativitatem ergo per gratiam, fides de qua ibi est sermo requiritur.

4.^o Non minus erroneum aut haereticum est affirmare aliquem extra Ecclesiam consequi remissionem peccatorum et iustificari quam affirmare salvari extra Ecclesiam. In extravagante enim Unam Sanctam, de Ecclesia¹⁰⁰, dicitur: Extra quam neque salus est neque remissio peccatorum. Nomine praeterea salutis etiam iustificatio et remissio peccatorum intelligitur a sanctis et in scripturis, ut patet ex illo Matthaei 1.^o¹⁰¹: *ipse salvum faciet populum suum a peccatis eorum*, etc. Saepe in Evangelio dicitur fides tua te salvum fecit¹⁰². Si ergo qui fidem explicitam Christi post sufficientem promulgationem Evangelii non habet, de Ecclesia non est, certe sicut salvari non potest ita neque iustificari.

5.^o Parvulis, post sufficientem promulgationem Evangelii, ad iustificationem non sufficit applicatio circumcissionis aut remedii contra peccatum originale quod erat in lege naturae; quibus remediis fiebat protestatio eius fidei quae eo tempore ad salutem satis erat, sed omnino necessarium est eis applicari baptismum, qui de se est protestativus fidei explicitae Christi; ergo pari ratione adultis post sufficientem promulgationem Evangelii non satis erit

98. I Jn 5, 12.

99. Cf: I Jn 5, 10.

100. Jn 3, 14.

101. Jn 8, 15.

102. Videsse in nota 90.

103. Mt 1, 21.

104. Videsse, per exemplo, Mt 9, 22; Mc 5, 34; 10, 52; Lc 7, 50; 17, 19, 42.

fides implicita Christi, quae sufficiebat in lege naturae aut mo-
saica, sed omnino est et necessaria fides explicita Christi, quam-
tumvis invincibili ignorantia Christi laborent. Et confirmatur effi-
caciissimo, meo tenui ludibrio hac ratione: quia si sufficeret hodie
fides implicita Christi ad iustificationem, sequeretur Iudaeum qui
hodie invincibiliter ignoraret venisse Christum [f. 150v] posse
iustificari servando legem Moysis; nam haberet fidem Christi im-
plicitam, et tam in eo quod servaret legem Moysis, quam in eo
quod non amplecteretur legem evangelicam et fidem Christi, ex-
cuseretur a peccato propter ignorantiam invincibilem. Affirmare
autem hodie rudem aliquem posse iustificari servando legem Moy-
sis plusquam temerarium, erroneum et periculosum esset in fide.

6.^o In concilio Tridentino, sess. 5^{ta}, in decreto de peccato, ori-
ginali ita habetur: ut fides nostra catholica, sine qua impossibile
est placere Deo, etc.; fides autem nostra catholica utique fides
explicita Christi est. Quare hodie sine fide explicita Christi Deo
non possumus placere, et subinde neque iustificari neque salvari.
Solet etiam hoc ipsum confirmari ex eo quod habetur in concilio
Tridentino, sess. 6, cap. 4^{ta}: Iustificatio post Evangelium promul-
gatum sine lavacro regenerationis aut eius voto fieri non potest,
ad baptismum autem in re vel in voto fides explicita Christi re-
quiritur. Locus tamen hic non cogit, quia non dicit Concilium;
post sufficienter promulgatum Evangelium orbi, sed post promul-
gatum Evangelium, id est, postquam depulsa est ignorantia a
iustificando per promulgationem Evangelii; clarum est enim quod
si alicui Evangelium divulgaretur, et aut negligentia aut malitia
divulgantis subiceretur baptismus, ille cum ignorantia invincibili
baptismi posset iustificari per contritionem suorum peccatorum et
fidem Christi explicitam sine voto explicito baptismi.

Sotus, in 4, loco citato¹⁰⁵, et Michael Medina, De recta in Deum
fide, lib. 4, cap. 10^{ta}, in ea sunt sententia ut affirmant etiam post
sufficientem Evangelii promulgationem adultos posse et iustificari
et salvari [f. 151r] cum sola fide implicita Christi, quae satis erat
in lege naturae, dummodo tamen adsit ignorantia invincibilis Evan-
gelii fideique explicitae Christi. Unde volunt fidem explicitam

105. Concilium Tridentinum, sess. 5; DS² 1510.

106. Concilium Tridentinum, sess. 6, c. 4; DS² 1524.

107. Vide supra nota 94.

108. M. MEDINA, De recta in Deum fide, l. 4, c. 10; Venetia, 1664. f. 138v-139.

Christi eatenus esse necessariam ad iustificationem et vitam aeternam consequendam, quatenus necessaria est necessitate praeccepti. Quare cum ignorantia invincibilis excuset a culpa habendi fidem explicitam Christi, qui ignorant invincibiliter, poterunt iustificari et salvari sine fide explicita Christi. At vero fidem saltem implicitam Christi putant omnino esse necessariam necessitate finis ad iustificationem et vitam aeternam, propter illa quae disputatione praecedenti dicta sunt, et proinde neminem posse iustificari sine fide saltem implicita Christi. Iuxta hanc suam sententiam ad omnia argumenta Cani¹⁰⁹, et ad ea quae nos adversus Canam fecimus¹¹⁰, probantes non minus ad iustificationem quam ad vitam aeternam consequendam requeri fidem explicitam Christi, respondet solum probare quando non intervenit ignorantia invincibilis, secus autem quando intervenit.

Haec tamen sententia mihi non placet, quia licet solutio illa aliis argumentis adaptari posset, non tamen satisfacit. Ergo argumento Cani¹¹¹, tum etiam quarto et quinto argumentis nostris¹¹², quod scilicet nullus adultus post sufficientem promulgationem Evangelii salvari aut iustificari possit extra Ecclesiam christianam, et quod iuxta sententiam Soti admittendum esset Iudaeum qui invincibiliter ignoraret adventum Christi post sufficienter promulgatum Evangelium posse iustificari et salvari servando legem Moysis, perinde atque salvabantur Iudaei invincibiliter ignorantes adventum Christi ante sufficientem promulgationem Evangelii, quia id ad divinam providentiam et suavem dispositionem Dei pertinebat, ut l. 2, in materia de cessatione legalium visum est¹¹³; affirmare [f. 151v] autem Iudaeum aliquem hodie quantumvis invincibiliter ignoret venisse Christum posse salvari servando legem Moysis, non videtur tutum in fide.

109. Véanse las páginas 16-20. 77-82 [423-428].

110. Véase la nota 109.

111. M. Cano, *Relicuo de sacramentis in communem*, p. 2: ed. e. 2, 404.

112. Véase las páginas 815 [427s].

113. L. DE MOLINA, *Expositiones in primam secundae Dio! Thomae*, qq. 100, 101, 102 et 103: De cessatione caeremonialium praecceptorum: Bibl. Nac. Lisboa, Fundo Geral, cod. 2804, f. 444r, 450r-v.

Quare affirmandum puto post sufficientem Evangelii promulgationem necessariam omnino esse adultis tam ad iustificationem quam ad vitam aeternam consequendam fidem explicitam Christi, id quod communiter affirmant Scholastici in 3, d. 25, de quorum numero sunt D. Thomas¹¹⁴, D. Bonaventura¹¹⁵, Scotus¹¹⁶, Durandus¹¹⁷, Ricardus¹¹⁸, Gabriel¹¹⁹, et plerique alii et suadent caetera argumenta tam Cui quam nostra in superioribus facta¹²⁰, tametsi quaedam eorum solvi possint.

Obiiciis. Deterioris ergo conditionis sumus modo post sufficienter promulgatum Evangelium quam essent homines ante adventum Christi quandoquidem fides Christi quae antea sufficiebat ad iustificationem, non sufficit modo quantumvis adsit ignorantia invincibilis. Neganda est tamen consequentia, quia praeterquam quod in multis aliis eos superamus et feliciores sumus illis, credibile est tempore sufficienter promulgati Evangelii nullum mansisse in orbe cum fide implicita Christi qui invincibiliter ignoraret Evangelium; ab illo autem tempore sicut homines devenire non poterant in fidem explicitam Christi nisi ab alio edocti, ita neque in fidem implicitam, faciliusque erat aliquem sibi persuadere fidem explicitam Christi tot miraculis confirmatam et eam antea praedictam et figuratam in Veteri Testamento quam implicitam. Adde

k. Hay en el manuscrito una nota marginal que dice: «Propria sententia auctoris.»

114. THOMAS AQUINAS, *Commentum in tertium librum Sententiarum*, d. 25, q. 2: Opera omnia, ed. Vivès, t. 9, Paris, 1883, p. 389. Habla, en general, de la necesidad de la fe explicita.

115. BONAVENTURA, *Commentaria in quatuor libros Sententiarum*, in 3, d. 25, q. 3, concl.: Opera omnia, t. 3, Florencia, 1887, p. 543s. Afirma: «Credere autem quosdam [articulos] implicite, quosdam explicito hoc est fidei ad salutem necessariae.»

116. I. D. SCOTUS, *Quaestiones in librum tertium Sententiarum*, d. 25, q. 1: ed. c., p. 78 b. La afirmación de Escoto es la siguiente: «Omnes tenentur pro quolibet statu ad fidem mediatoris post lapsum hominis, quia nullus salvatur nisi sit membrum Ecclesiae post lapsum, quod non est nisi in fide mediatoris.»

117. DURANDUS, *Commentariorum libri IIII*, in 3, d. 25, q. 1, n. 9: Venecia, 1886, f. 258v b.

118. RICARDUS A MEDIAVILLA, O. F. M., *In tertium Sententiarum quaestiones solidissimae*, d. 25, q. 1: Venecia, 1569, f. 89r.

119. G. BIEL, *Epithome et Collectorium in quatuor Sententiarum libros*, in 3, d. 25, q. un.: ed. c. Afirma Gabriel que spro omni tempore post lapsum fides mediatoris explicita ad salutem ratione utentibus fuit necessaria.

120. Véanse las páginas 77-82 (423-428).

quod quemadmodum facientem quod in se est ex suis naturalibus Deus adiuuaret et illuminaret vel per se vel per alium circa fidem implicitam Christi ut iustificaretur (ut affirmant autores contrariae opinionis), ita etiam eum illuminaret circa fidem explicitam Christi, cum Deo tam facile esset hoc quam illud, et [f. 152r] consonantius sibi Deum (cuius perfecta sunt opera) facere hoc secundum tempore fidei reuelatae, quam primum. Quare non est difficilior modo iustificatio his qui inuincibiliter ignorant quam esset ante Euangelium sufficienter promulgatum. Consonum vero erat ut quemadmodum Deus a lapsu primorum parentum exegit tamquam conditionem ad iustificationem fidem mediatoris, cuius meritis homines fuerant iustificandi, ita post aduentum ipsius et fidem propagatam ac sufficienter divulgatam, exigeret fidem explicitam illius, paratus ad adiuuandum ut homines illam consequerentur, sicut ante aduentum ipsius paratus erat ad adiuuandum ut homines fidem implicitam consequerentur.

Superest solvamus duo illa argumenta quibus Canus intendebat probare posse aliquem iustificari post Euangelium promulgatum sine fide explicita Christi. Quod ergo attinet ad primum, Medina, loco citato ¹²¹, contendit non colligi ex Scriptura Cornelium fuisse iustificatum antequam edoceretur a Petro, affirmatque posse negari ut etiam negare videtur Chrysostomus in sermone de fide et Spiritu Sancto ¹²². Affirmandum est nihilominus, cum Augustino, q. 84 in Leviticum ¹²³, et in expositione inuoluta epistolae ad Romanos ¹²⁴ et cum communi doctorum sententia fuisse iustificatum. De eo namque antequam doceretur a Petro dicit Scriptura Act. 10 ¹²⁵ quod erat *religiosus ac timens Deum*, et homines quos misit ad

121. M. Medina, o. et l. c. (nota 108): ed. c., f. 136v y 140v. En otros sitios del mismo capítulo parece afirmar lo contrario. Así, en el f. 139r: «Primo quidem facto Cornelli qui ut ex evangelica historia manifeste colligitur, cum nondum Petri de Christo praedicationem audisset, iustus iam erat.» Y más adelante (f. 139v): «Neque enim Cornelli centurionis, Lydiae purpurariae aut Eunuchi facta, quamvis evangelica historia ante Evangelii praedicationem iustus doceret...» En cambio, en el lugar citado (f. 140r § Iam vero), dice: «Primo enim nec Corneli centurionem nec Lydiam purpurariam nec Eunuchum aethiopem ante praedicationem Evangelii apostolica historia iustus docet.»

122. CHRYSOSTOMUS, *Sermo de fide et lege naturae, et Spiritu Sancto* PG 48, 1082.

123. AUGUSTINUS, *Quaestiones in Heptateuchum*, l. 3 *Quaestiones Levitici* q. 84; CCC: 33, 228, 1915-1919 (UL 35, 713).

124. Id., *Epistulae ad Romanos inuoluta expositio*, n. 14: PL 35, 210.

125. Act 10, 2.

Petrum dixerunt quod esset iustus et timeret Deum, et testimonium haberet ab universa gente Iudaeorum, et Angelus illi dixit: *orationes tuae et eleemosynae ascenderunt in memoriam in conspectu Dei*¹²⁶, et ipsi retundunt Petro angelum dixisse: *exaudita est oratio tua, et eleemosynae tuae commemoratae sunt in conspectu Dei*¹²⁷, propter quae Petrus antequam illum doceret dixit: *In veritate comperi quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deum acceptus est illi*¹²⁸. Quare non est [f. 152v] dubitandum iam antea fuisse iustificatum. Dices, quorsum ergo dixit illi angelus, *mitte in Ioppen et accerse Simonem, etc., et dices tibi quid te oporteat facere*¹²⁹ si iam erat iustificatus? quorsum etiam Augustinus, supra citatus¹³⁰, dixit necessariam illi fuisse fidem explicitam Christi? Respondeo quia tenebatur illam acceptare sub reatu peccati mortalis et in proximo erat ut ab eo depelleretur ignorantia probabilis seu invincibilis qua excusabatur a culpa, tum etiam propter cumulatiora bona et abundantiore gratiam quam erat recepturus quod citius ad fidem perveniret, maxime deveniendo tam singulari vocatione et adiutorio divino. Ad argumentum ergo dicendum est Cornelium fuisse iustificatum non solum ante sufficientem promulgationem Evangelii, sed etiam forte ante passionem Christi. Quare non est contra nos quod sine fide explicita Christi fuerit iustificatus, cum hoc loco sit sermo de iustificatione post sufficientem promulgationem Evangelii, neque illi necessaria fuit fides ad ingressum in vitam aeternam, quasi mori non potuerit et ingredi in vitam aeternam sine fide explicita Christi, sed fuit illi necessaria modo paulo ante explicato. Canus, quia iuxta hanc opinionem consentire videtur¹³¹ in hac solutione immo et tenetur.

Ad secundum argumentum dicendum est Paulum eo in loco intelligendum esse regulariter et communiter. Ipse enim Paulus sine praedicante per revelationem Christi accepit fidem Evangelii¹³². Praeterea non minus contra Canum quam contra nos militat; sicut

126. Heb 10, 4.

127. Heb 10, 31.

128. Heb 10, 34s.

129. Heb 10, 5s.

130. Vide supra nota 85.

131. M. CANO, *Relectio de sacramentis in communi*, p. 2: ed. c. 2, 403ss.

132. Gál 1, 11s.

enim fides explicita Christi regulariter non habetur sine praedicante et dicente exterius, ita neque implicita; sicut etiam praedicator externus ad docendum unam non est praesens in quocumque instanti, ita neque ad docendum aliam; et sicut doctrina unius indiget tempore ita et alterius. Quare argumentum aequae contra ipsum qui affirmat ad justificationem requiri fidem saltem implicitam ac contra [f. 153r] nos militat. Ad argumentum ergo admitendum est hominem in quocumque instanti faciendo quod in se est posse iustificari, Deus tamen in eo instanti quod deficeret aliunde supplebat per se ipsum illuminando et adjuvando interius, praevidensque quod futurum est, praemittet illi aliquem qui eum illuminet exterius.

**Utrum post adventum Christi adulti
teneantur habere fidem explicitam
omnium articulorum fidei.**

Disputatio 2.

Disputatione praecedenti habitus est sermo de necessitate finis ostensumque est post sufficientem promulgationem Evangelii omnino necessariam esse adultis fidem explicitam Christi ad justificationem et vitam aeternam consequendam. Quod tamen intelligendum est de fide quoad notitiam Christi pro captu cuiusque; neque enim a rusticis, simplicibus atque inopibus ingenii maior notitia Christi exigenda est quam eorum ingenium et conditio patitur. Quare si eorum ruditas non aliud patitur, satis erit assentire his quae ipsis proponuntur, prout ea percipiunt ex sonitu et significatione verborum, maxime cum amplectantur quod ipsis proponitur et tenet Ecclesia, quod in se est fides explicita Christi. In hac vero disputatione sermo est cum Divo Thoma¹³³ de necessitate praeepti, utrum scilicet sub reatu peccati mortalis omnes christiani adulti teneantur habere fidem explicitam quatuordecim articulorum fidei qui in Symbolo continentur.

¹³³ THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae*, III, q. 2, a. 5: ed. Leonina, t. 8, p. 32. Habla, en general, de la necesidad de creer los artículos de la fe: «Quantum ergo ad prima credibilia quae sunt articuli fidei tenetur homo explicitè credere, sicut et tenetur habere fidem.»

Sit vero prima conclusio. Omnes cum ad annos discretionis pervenerint, ad hunc sensum tenentur explicitè credere scilicet in particulari quatordecim articulos fidei qui in Symbolo continentur, quod saltem si præcipuos (quales sunt fere omnes) non sciverint in particulari, mortaliter peccent. Hanc [f. 153v] conclusionem sub hac verborum forma proposui quoniam in primis existimo quod hoc ipso quod Apostoli summam fidei quae in Symbolo continetur selegerunt, atque illam singulis de Ecclesia sciendam proposuerunt, astrinxerunt singulis ad omnia quae in illa continentur scienda credendaque explicitè et in particulari. Quare ignorantia culpabilis seu ex negligentia alicuius illorum culpam aliquam inducit. Deinde vero probabile simul existimo non quoruncumque articulorum ignorantiam, sed præcipuorum inducere culpam mortalem.

Conveniunt communiter Doctores teneri omnes sub reatu peccati mortalis explicitè credere et scire mysterium incarnationis et redemptionis, hoc est Filium Dei factum esse hominem mortuumque fuisse pro peccatis; et simul teneri etiam sub reatu peccati mortalis explicitè credere et scire mysterium trinitatis, hoc est Deum esse unum et tres personas Patrem, Filium et Spiritum Sanctum; fides namque trinitatis explicita conjuncta est cum fide explicita incarnationis et ad illam habendam necessaria, Christusque formam baptismi qua professione fidei christianae instituit in nomine Patris, Filii et Spiritus Sancti. Arbitror vero obligationem hanc ad hoc explicitè sciendum et credendum esse de iure divino.

Navarrus, in *Manuali*, cap. 11, n. 18^m non audet condemnare tanquam peccatum mortale ignorantiam aliorum articulorum dommodo implicitè quis eus credat, credendo in genere in id quod credit Ecclesia. Addit tamen quod cum articuli resurrectionis et ascensionis non minus solemniter celebrentur in Ecclesia quam articuli numerati, neque sine magna ignorantia et culpa possint ignorari, videtur esse etiam eadem ratio de his, unde innuere videtur se non multum [f. 154r] renuere si quis dicat ignorantiam etiam horum esse mortalem. Osius, De legitimis iudiciis (qui est 2 adversus Brentium), fol. 168^m non multum distare videtur a

134. M. DE AZPILCUEVA, *Enchiridion sive Manuale confessoriorum et penitentium*, c. 11, n. 22; Venecia, 1584, p. 163.

135. E. HOSTIUS, *Confutatio prolegomenorum Brentii, Secundus adversus Brentium*, l. 2: Paris, 1560, f. 62v. No habla de la Encarnación, sino sólo de la Muerte y Resurrección de Jesucristo.

Navarro; arbitratur enim in simplicibus et rudibus ex articulis pertinentibus ad humanitatem sufficere notitiam articulorum incarnationis et mortis Christi pro peccatis nostris et resurrectionis.

D. Bonaventura, in 3, d. 25, q. 3¹³⁷ circa primum principale, arbitratur omnes teneri explicitè credere præter articulum unius Dei et trinitatis personarum articulos natiuitatis, passionis et resurrectionis Christi atque remissionis peccatorum; reliquos vero satis esset si simplices credent implicite, neque, inquit, ignorantia illorum qui numerati sunt quemque excusat, quia esse non potest sine negligentia et contemptu propriae salutis cum sufficienter innotescant non solum per prædicationem, sed etiam ex solemnitatibus Ecclesiae et actibus sacerdotum. Divum Bonaventuram sequitur Summa Angelica¹³⁷, verbo *Fides*, et Armilla¹³⁸ verbo *credere*. In eadem sententia est Ricardus, in 3, d. 23, q. 1¹³⁹; et videtur esse D. Thomae hoc loco, art. 7¹⁴⁰, ut eum exponit et sequitur Sylvestrina, verbo *Fides*, q. 3¹⁴¹.

Ut vero distinctius procedamus et quantum materia patitur dicam quod sentio advertendum et examinandum esse seorsum quinam sint articuli ad quorum explicitam fidem et cognitionem omnes in universum fideles adulti teneantur sub reatu peccati mortalis quantum est ex parte præcepti, sive quidam excusentur a culpa mortali propter ignorantiam sive non; et seorsum etiam examinandum est quousque homines excusari possint aut non possint ignorantia. Dictum ergo etiam aliquid de hoc secundo, primum est quod examinamus hoc loco.

136. BONAVENTURA, *Commentaria in quatuor libros Sententiarum*, in 3, d. 25, q. 3, concl. 3: ed. c., p. 544.

137. ANGELUS DE CHIVASSO, *Summa angelica de casibus conscientiarum*, v. *Fides*, n. 7: Venetia, 1525, f. 347r a-o.

138. B. FOMUS, *Summa, aurea armilla dicta, casus omnes ad animarum curam affluentes, breviter complectens*, v. *Credere*, n. 2: Barcelona, 1606, f. 105v.

139. RICARDUS A MEDIAVILLA, *In tertium Sententiarum questiones solidissimae*, d. 25, q. 1: Venetia, 1509, f. 89r b.

140. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae*, II. II., q. 2, a. 7: ed. Leonina, t. 8, p. 34 a. Habla sólo del misterio de la Encarnación: «Ft ideo mysterium incarnationis Christi aliquoties oportuit omni tempore esse creditum apud omnes; diversimode tamen secundum diversitatem temporum et personarum.»

141. SYLVESTER PRIBIUS, *Summa Sylvestri*, v. *Fides*, q. 3, n. 3: Lyon, 1582, p. 439 b.

Ut tamen certa ab incertis separemus, affirmandum [f. 154v] est in primis omnes teneri sub reatu peccati mortalis credere explicitè scireque in particulari articulos illos in quibus diximus Doctores convenire, videlicet incarnationis et redemptionis, unitatis essentiae et trinitatis personarum ad sensum explicatum. Deinde nullus Doctorum negabit omnes teneri etiam sub reatu peccati mortalis explicitè credere et scire articulum remunerationis, bonis scilicet paratum esse praemium et gloriam aeternam in alla vita, et malis supplicium inferni, cum Paulus, Hebr. 11 dicat¹⁴²: *Accedentem ad Deum oportet credere quod inquirentium se remunerator sit, ac proinde fides remunerationis necessaria sit ad iustificationem et vitam aeternam consequendam.*

Praeterea nullus arbitror Doctorum negabit omnes sub reatu peccati mortalis teneri explicitè credere et scire articulum remissionis peccatorum, esse scilicet peccata propter quae Christus mortuus est, esseque remissionem eorum; et simul etiam teneri scire sacramentum poenitentiae quod in remissionem peccatorum Christus reliquit, et quo homines uti tenentur ad delenda peccata commissa post baptismum. Unde Osius, loco citato¹⁴³, ex sacramentis omnes affirmat teneri scire explicitè, ut minimum sacramentum baptismi, poenitentiae et Eucharistiae. Non existimo etiam improbabile teneri quoque scire confirmationem et extremam unctionem, cum omnes teneantur haec duo sacramenta petere et suscipere suo tempore; facilius tamen in his quam in aliis admitterem ignorantiam quae excuset a culpa mortali, cum non ita frequens sit eorum usus, et ad praelatos et parochos pertineat admonere susceptionem eorum, nec tam necessaria sunt ad iustificationem quam baptismus et poenitentia; ordinem vero et matrimonium, cum non sint de necessitate praeepti non tan arcte astringuntur homines scire tamen [f. 155r] si nonnulla culpa videatur esse ex negligentia haec duo sacramenta ignorare.

Uterius addo omnes sub reatu peccati mortalis teneri explicitè credere articulum creationis, videlicet quod nos et caetera omnia Dei factura sumus, ab eoque acceptimus esse. Huiusmodi namque cognitio ad Deum agnoscendum et colendum et ad amorem ipsius excitandum debitumque ei famulatum exhibendum tanquam fonti omnium bonorum et Domino universorum, summe

142. Heb. 11, 6.

143. Vêase la note 135.

necessaria esse videtur; comprehensusque videtur a Paulo hic articulus in eo quod Hebr. 11, dixit¹: *Accedentem ad Deum oportet credere quia est*; nomine namque Dei primam causam a qua caetera acceperint, esse intelligimus.

Addo praeterea videri omnes teneri sub reatu peccati mortalis explicitè credere et scire in particulari resurrectionem Christi, adventum ipsius ad iudicandum genus humanum, et resurrectionem universalem futuram, immo et ascensionem ipsius in caelum atque nativitatem ex Virgine. Hoc licet non sit mihi tam compertum quam praecedentia, mihi tamen persuadeo ut probabile non solum ex solemnitatibus Ecclesiae quae (praeterquam quod inserviant ne homines excusentur ignorantia a culpa haec sciendi) argumenta sunt maximi ponderis et momenti, notitiam eorum esse necessariam, sed etiam quia notitia eorum refert maxime ad redemptorem nostrum agnoscendum et invocandum et ad integre intelligendum mysterium nostrae redemptionis atque retributionem futuram. Quare cognitio horum plurimum confert ad spiritum et affectum incitandum et ad dirigendum et deducendum in vitam aeternam.

Articulum vero de descensu Christi ad inferos, tum etiam [f. 155v] a particula illa quod sepultus fuerit, aut quod passio ipsius fuerit sub Pontio Pilato, non credo homines teneri scire in particulari sub reatu peccati mortalis, quandoquidem cognitio horum non tantum refert ad paulo ante dicta. Idem dicendum arbitror de illa particula articuli iustificationis: Credo sanctorum communio-
nem. Neque mirum est si ut plurimum eam non intelligant fideles, cum illius intellectus sit suboscuros.

His ita constitutis sit 2.^a conclusio: Ut vulgus hominum a mortali culpa excusetur propter ignorantiam articulorum non est necesse eos scire memoriter ut continentur in Symbolo Apostolorum, neque servato aliquo alio ordine, immo neque est necesse scire eos recitare sine ordine, sed satis est si illos intelligant, ita quod proposito unoquoque sciant ad illum respondere. Haec¹ est Medinae, ordine de oratione, tractatu 6, capite de necessitate sciendi oratio-

1. MS: Hoc

144. Heb 11, 6.

nem dominicam¹⁴⁵; Navarri, loco citato, et cap. 28, núm. 137¹⁴⁶; Caletani, in *Summa*, verbo *Ignorantia*¹⁴⁷; Sylvestri¹⁴⁸ et Angeli¹⁴⁹ verbo *Scientia*; et est consona Augustini, epistola 89 ad Hilarium¹⁵⁰. Et patet, quia id est scire articulos fidei; quia melius, quam si quis teneret memoriter Symbolum vernacula lingua, neque tamen intelligeret quod verbis profertur, quales plures de vulgo invenies. Unde dubium est utrum ut quis excusetur a culpa mortali satis sit memoriter scire Symbolum vernacula lingua, absque intelligentia eorum quae verbis profert. Navarrus, in relectione capitis Quando, notab. 3, n. 19¹⁵¹ negat sufficere, nisi aliquo modo intelligatur quod ore profertur pro captu cuiusque. In eadem sententia videtur esse Cuetanus, loco citato¹⁵². Et plane mihi etiam ita videtur; unde operae praetium est eos qui docent vulgus doctrinam christianam, aut qui ab Imperitis sciscitantur an eam capiant, ut confessi [f. 156r] rii in confessione tentare eos aliquibus Interrogationibus, quo ita erudiantur et unusquisque pro captu suo intelligat quod ore profert.

Circa Symbolum atque articulos fidei haec interrogationes fieri possunt: In Deo quot sunt personae? quae earum sumpsit carnem ex utero Virginis, nata et passa est mortem in ara crucis, resurrexit et ascendit in coelum, estque in dextera Patris? propter quos et ad quid Christus mortuus est? quis te et caetera omnia creavit? quid spectat in alia vita malos, item quid bonos? quando indican-

145. I. MEDINA, *In tit. de Poenitentia eiusque partibus commentarii* Codex de oratione, lr. 6, c. De necessitate sciendi dominicam orationem: Salamanca, 1553, f. 171r D.

146. M. DE ARZELCUREA, *Manuale*, c. 11, n. 22 (véase nota 134), c. 23, n. 137: ed. castellana, Salamanca, 1557, p. 504.

147. THOMAS A VIO [CALETANUS], *Summula de peccatis*, v. Ignorantia: Salamanca, 1551, p. 164 a-b.

148. SYLVESTER P., *Summa Summarum*, v. Fides, n. 6: ed. e., p. 440 a; v. Scientia secundum: ed. e., p. 397.

149. ANGELUS A CHIVASSO, *Summa angelica de casibus conscientialibus*, v. Scientia, n. 1: ed. e. (nota 137), f. 726r a.

150. AUGUSTINUS, *Epistula* 157, ad Hilarium, 1, 2: CSEL. 44, 449a. (PL. 33, 674). No habla de los artículos de la fe.

151. No hemos podido verificar esta cita en las obras del Dr. Navarro. Tiene una Relección en el cap. Si quando, pero ni la división en Notabilia y números es propia de esta obra, ni la materia se presta a tratar de la obligación de aprender el Símbolo. En los copiosos Indices de las Obras completas (Roma 1590) ni en el cuarto tomo de Consultas, hemos podido encontrar nada que haga alusión a lo que Molina afirma en el texto.

152. Véase la nota 147.

di sunt a Christo tam boni quam mali? si incederit homo in peccatum mortale, et ex hac vita ita discesserit, quid fiet de eo? ibitne in caelum an in infernum? quid igitur facturus est homo, ut illi remittatur peccatum mortale antequam discedat ex hac vita, atque ita non cadat in infernum et consequatur vitam aeternam? Doccaturque oportet quod creaturam suam offenderit transgrediendo legem ipsius, oportereque ut petita ab eo venia et statuto deinde nihil tale committere, confiteatur sacerdoti ut veniam consequatur. Simul etiam operae praetium est docere transgressionem cuiusque praecepti esse peccatum mortale, et vel unum sufficere ut quis amittat vitam aeternam et crucietur in aeternum in inferno. Quod si ad aliquid praedictorum nesciverit respondere doceatur in qua parte Symboli id ipse dicat et quibus verbis, ut ita fidem quam Symbolo profitetur, intelligat.

Illud est advertendum non minorem intelligentiam exigendam esse ab unoquoque circa haec omnia, quam sit illa quam patitur ruditas culusque; unde simplices si aliud [f. 156v] non valeant, satis est si haec sciant et apprehendant sub verborum aenigmate, atque eis ita apprehensis assentiantur, ut D. Thomas ait in 3, d. 23, q. 2, art. 1 ad 4^{tes}.

Aliquos etiam invenies tam rudes ac impes ingenui ut sunt quidam Aethiopes et alii similes, ut esto milles illi, haec inculces neque ad interrogata sciant respondere, neque aliud in sonitum verborum, aut certe parum amplius videantur mente concipere. Hi ferendi sunt, neque propterea deneganda est eis absolutio, cum aliud non sit in eorum potestate; instruendi tamen sunt in confessione quantum patitur eorum ruditas et brevitatis temporis admonendique sunt ut discant in posterum doctrinam christianam. Quod si comperiat negligentia in heretis aut in his quorum curae subdantur circa illos docendo memoriter doctrinam christianam, curandum est ut in posterum illi diligentiores hac in parte sint et aliquando expediens aut necessarium erit illos ad eos remittere antequam absolvantur ut illos erudiant. Idque pro quantitate negligentiae praeteritae atque parvae spei quod in posterum erudiantur nisi haec vis eis fiat. Haec tamen omnia relinquenda sunt arbitrio prudentis confessarii qui in omnibus rebus curare semper debet ne negligentia sit in posterum, sed res executioni manden-

153. THOMAE AQUINAE, *Commentaria in tertium Librum Sententiarum*, d. 23, q. 2, v. 1 quaestiuicula 4 ad 4: ed. Vivès, t. 3, Paris. 1873. p. 391 a.

tur, et ad id adhibere debet omnia remedia quae iudicaverit expedire. Ubi tamen non compererit negligentiam aut summam spem conceperit adhibendam esse diligentiam in futurum, non est quod vel poenitentes vel heros aut eos quorum curae subduntur gravet, sed continuo debet eos absolvere. Quod si alii qui sui iuris sunt, ignorarent etiam doctrinam christianam (saltem quatenus eam tenentur scire sub reatu peccati mortalis) pro quantitate negligentiae praeteritae ac parvae spei quod in futurum curabunt eam addiscere, deneganda est eis absolutio, aut facienda ea vis [f. 157v] in confessione quae sufficere iudicabitur ut illam in posterum addiscant.

3.^a conclusio. Esto peccatum mortale non sit memoria non tenere Symbolum Apostolorum, quando quis scit articulos fidei ad sensum explicatum in praecedenti conclusione, est nihilominus peccatum veniale, si id proveniat ex negligentia. Haec est Navarra, in Manuali, cap. 11, n. 18 et cap. 23, n. 33¹⁵⁴. Et probatur, quia Symbolum compositum fuit ab Apostolis et traditum Ecclesiae ut illud singuli memoriter scirent tum ut praecipua mysteria sanctissimae nostrae fidei singuli in eo scirent possetque unusquisque interrogatus pro captu suo respondere quid fide christiana profiteretur, tum etiam ut eo per modum orationis pluries coram Deo explicito confiteretur praecipua mysteria fidei, eliceretque circa singula explicitum assensum fidei, recordareturque beneficiorum quae in eo numerantur. Quae omnia non parvi meriti atque momenti sunt; negligere vero memoria tenere symbolum ad tot emolumenta, maxime cum ut memoria a singulis teneretur traditum sit Ecclesiae ab Apostolis, procul dubio est peccatum veniale. Idem arbitror dicendum esse de oratione dominica, quam Christus proprio ore nos docuit, ut ea oraremus Patrem peteremusque ab eus res tanti momenti quanti sunt quae illa petuntur. Idem etiam sensit Navarra, loco citato¹⁵⁴, de salutatione angelica saltem propter usum humanum, consuetudinem ac constitutiones synodales, mandataque Episcoporum ut omnes haec memoriter sciant.

4.^a conclusio. Non continuo atque homo habet usum rationis sufficiens ad peccandum discernendumve bonum a malo peccat mortaliter si nesciat articulos fidei. Maior namque [f. 157v] usus ra-

154. M. DE AZPIRUETA, *Manual de confesores y penitentes*, c. 23, n. 137 Salamanca, 1557, p. 504.

tionis requiritur ut quis possit et teneatur explicitè credere articulos fidei, quam ut in aliquibus sciat discernere bonum et malum. Hunc conclusionem insinuat Navarrus, in *Manuali hispano*, cap. 11, n. 18¹⁵⁵, dicens: Si habens aetatem et usum rationis ad id idoneum, omisit sua negligentia, etc. Et apertius Sotus, in *compendio doctrinae christianae*, cap. 2¹⁵⁶ dicens: mortale peccatum esse potest 14 annum nescire articulos fidei. Ubi innuit 14 annum esse tempus in quo ut plurimum esse solet tantus usus rationis ut ignorantia articulorum imputetur ad culpam mortalem. Hac tamen in parte assignari nequit aliquid certi: ex adiunctione etiam atque occasionibus addiscendum, tum etiam ex maiori acumine et perspicacitate ingenii articulorum citius uni quam alii imputabitur ad culpam mortalem.

5.^a conclusio. Pastores qui alios ex officio docere tenentur doctrinam christianam, tenentur habere plenioram cognitionem articulorum fidei quam vulgus hominum, quantum scilicet sufficiat ad instruendum in rebus fidei sibi subditos et generandum in eis cognitionem fidei quam quisque pro captu suo habere tenetur, eaque in re essent examinandi. Haec est Divi Thomae, hoc loco¹⁵⁷, et communis Doctorum in 3, d. 25¹⁵⁸. Et patet quia tenentur habere scientiam necessariam ad exequendum suum munus.

6.^a conclusio. Episcopi maiorem notitiam habere tenentur eorum quae sunt fidei, ita scilicet ut sciant ea proponere, confirmare et persuadere paratis fidem suscipere, atque ab aliis defendere. Hoc enim munus proprium est Episcoporum in Ecclesia Dei. Unde Paulus Tito¹⁵⁹: *oportet episcopum sine crimine esse [...] amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt ar-*

m. MS: Timotheo.

155. Id. *Manual de confessores*, c. 11, n. 18, § Si teniendo la dicha edad; ed. c. p. 70.

156. P. DE SOTO *Compendium doctrinae catholicae in usum plebis christianae rectè instituendae*, c. 2: Ingolstadt, 1549. No dice nada de los catorce años esta edición.

157. THOMAS AQUINAS, *Compendium in tertium librum Sententiarum*, d. 25, q. 2, a. 1, quaestione, 4: ed. Vivès, t. 3, Paris, 1877, p. 391 b.

158. Véase, por ejemplo, DURANDUS, *Commentariorum libri IIII*, in 3, d. 25, q. 1: ed. c., l. 258v b.

quere¹⁵⁹. Haec etiam est communis sanctorum doctorum. Tanta vero in Episcopis potest (f. 158r) esse sanctitas atque dexteritas in gubernando cum zelo honoris Dei atque animarum coniuncta, ut (modo sit aliqua ex parte eruditus) haec suppleant defectum litterarum, potissimum ubi in pace sunt res fidei, nec desunt viri docti quibus tamquam ministris adiuvetur. Concilium Tridentinum, sess. 22, cap. 2 de reformatione¹⁶⁰, eam in eligendo in Episcopum exigit scientiam ut muneris sibi iniungendi necessitati possit satisfacere; quo nihil certius et brevius dici poterat, et ob id circa scientiam quam debet habere statuit quae in eodem capite sequuntur. Vide ea de re etiam Canum, 5 de locis, cap. 2¹⁶¹; Hieronymum, in commentario super 2 cap. Aggaei¹⁶²; Ambrosium, de dignitate sacerdotali, cap. 4¹⁶³; Augustinum, lib. 1 contra Cresconium Grammaticum¹⁶⁴; et Gregorium, 1 p. Pastoralis, cap. 3¹⁶⁵.

Dubium ultimum est circa hanc materiam; utrum a culpa mortali excusentur aliqui de vulgo ignorantes articulos fidei? Et quidem quando, ex una parte aspicio quam negligentes horum sint ad ea quae sunt propriae salutis et quam desides ad audiendum verbum Dei atque doctrinam christianam et ad interrogandum quid facere debeant ut vitam aeternam consequantur et poenas inferi evadant, immo quam difficile adducantur ad intendendum huiusmodi rebus quando ab aliis eis proponuntur et quam parum est quod ab eis exigitur ut sciant, quamque parvo tempore, labore et diligentia possent illud addiscere, cum tamen tantum laboris assumant ad commoda huius vitae, certe vix scio aliquem a culpa mortali excusare neque miror Doctores severe de hac re loqui nullumque excusare. At quando ex alia parte aspicio vulnus naturae

159. Tit 1, 7ss.

160. Concilium Tridentinum, sess. 22, c. 2 de Reformatione: COeD, 738, 20-21.

161. M. Cano, *De locis*, l. 5, c. 2: ed. c. 1. 320. En esta página, tratando de que sólo los Obispos han de formar parte del Concilio, dice: «Doctrina igitur evangelica a pastoribus Ecclesiae expectanda est, quos et episcopos esse et doctores tradit Paulus.»

162. Hieronymus, *Commentariorum in Aggaeum prophetam liber*, c. 2: PL 25, 1474s.

163. PseudoAmbrosius [Gilbertus-Silvester II], *De dignitate sacerdotali*, c. 4: PL 139, 170s.

164. Augustinus, *Contra Cresconium grammaticum et donatistam*, 1, 9, 12: COhr 52, 335. (PL 43, 453).

165. Gregorius I, *Regula pastoralis*, p. 1, c. 3: PL 77, 16. Habla sólo de pondere regiminis, sin hablar ex professo de la ciencia que se requiere.

humanae et quam prostrata sit, quantaque sit ruditas in multis quamque difficile homines ap[.f. 158v]plicentur ad spiritualia, et quam parum sciant expendere praestantiam et necessitatem eorum atque obligationem qua astringuntur illa scire, certe licet parochos et praedatos (qui intelligentia pollere debent quique ex officio tenentur haec docere et curare ut omnes ea sciant) non videam quo pacto a culpa mortali excusare queam si pro sua virili parte non curent ut omnes sibi subditi sciant doctrinam christianam, maxime cum eorum sumptibus et sudoribus sustententur, ut eis cibum spirituales praestent et salutem ipsorum curent. Forte tamen aliqui simplices coram Deo a culpa mortali excusabuntur, maxime si suas frequentent ecclesias, neque pastum spirituales sibi oblatum renuant recipere intersintque verbo Dei et doctrinae christianae in propriis ecclesiis quando in eis aliquid horum docetur. Neque enim eis aliquid facere occurrit neque eam vim ingenii habent nec curent eis interrogare quid solemnitates Ecclesiae significant aut ad quid institutae sint, nec ut sciant expendere aut intelligere obligationem qua astringuntur ad sciendum articulos fidei et alia quae ad doctrinam christianam spectant. Quia tamen res haec iam incerta ac plena periculi est, illique revera tenentur illa scire, sive excusentur sua ruditate et simplicitate a culpa mortali sive non. utique confessarii diligentes esse debent in tentandis et erudiendis simplicibus in confessionibus Interrogationibus supra assignatis, et in providendo ut in posterum addiscant. Interrogare etiam debent in confessionibus patres ac matresfamilias an qui ipsorum curae subduntur sciant articulos fidei, mandata Decalogi, et Ecclesiae et ora[.f. 159r]tionem dominicam, in his enim potissimum vis facienda est; et si eos negligentes compererint in curando ut filii haec omnia sciant, docendo illos per se aut per alios vis illis est facienda ut in posterum id curent quandoquidem post parochos ipsi arctius quam alii ad id tenentur, tenenturque mittere suos ad ecclesiam quando docetur doctrina christiana si eam nesciunt vel ipsi eam non docent sufficienter. Concionatores praeterea id saepe admonere debent et cognitionem horum miscere in concionibus et potissimum in festo incarnationis et trinitatis in summa explicare debent articulos fidei ita ut unusquisque pro captu suo eos intelligat.

Articulus 9.

Utrum credere sit meritorium?

Conclusio est: Actus fidel meritorius est si eliciatur ab existente in gratia. Probatur ex illo Genesis 15¹⁶⁶, quod a Paulo citatur Rom. 4¹⁶⁷: Credidit Abraham Deo et reputatum est illi ad iustitiam. Praeterea actus liber et consumus rectae rationi et proinde moraliter bonus, si eliciatur ab existente in gratia est meritorius iuxta ea quae I. 2., q. 18, art. 9, disputatione ultima late dicta sunt¹⁶⁸ (est enim opus bonum filii adoptivi Dei ac proinde meritorium haereditatis paternae). Sed actus fidei est actus liber non solum quoad applicationem intellectus ad considerandum ea quae sunt fidel, sed etiam quoad elicendum assensum, ut q. 1, art. 4, disp. 1.¹⁶⁹ ostensum est, et est consonus rectae rationi quia consonum est assensum praebere supernaturalibus a Deo revelatis atque confirmatis tot miraculis aliisque motibus quae sunt ad credendum; ergo est meritorius si eliciatur ab [f. 159v] existente in gratia. Et confirmatur, quia praeceptum est de fide actuali habenda, actus autem quo praecepto conformatur, bonus est moraliter ac meritorius, si eliciatur ab existente in gratia. Et advertit quod etiam quia habetur evidentia circa aliquod revelatum, ut circa hoc, Deus est, assensus ut emanat a fide, est meritorius; tum quia applicatio intellectus ad considerandum tale obiectum ut eliciatur assensus est libera et consuma rectae rationi; tum vel maxime, quia licet assensus intellectus applicati ad considerandum non sit liber ea ex parte qua emanat a medio demonstrativo a quo habet quod sit evidens, attamen ea ex parte qua emanat a fide et qua quis assentitur etiam propter auctoritatem Dei revelantis est liber. Adde quod assentiri maiori conatu intellectus e maiori affectu voluntatis est etiam omnino liberum, atque inde accrescit bonitas moralis actus assentiendi et meritum. Quare cum constet christianum habentem demonstrationem huius, Deus est, maiori conatu et firmiter ei

n. MS: elevetur.

166. Gn. 15, 6.

167. Rom. 4, 3.

168. L. DE MOLINA, *Expositiones in III. dicit Thomae*, q. 18, a. 8 et 9; cod. c. (nota 72), f. 130r-131v.

169. Id., *Vesae ArchTeolOursn* 41 (1978) 132ss.

assentiri quam assentiatur gentilis philosophus, fit ut cum a libero arbitrio et concursu Dei sit major ille conatus et firmilas id etiam faciat ad meritum in christiano existente in gratia.

Articulus 10.

Utrum ratio inducta ad ea quae sunt fidei minuat meritum fidei.

Ratio inducta ad ea quae sunt fidei duobus modis potest se habere ad imperium voluntatis, quo imperatur actus credendi. altero antecedenter, ita scilicet quod sit ratio voluntati sine qua non imperaret assensum fidei, aut non prompte; et altero concomitantem aut [f. 160r] consequenter; concomitantem quidem quanto est non adesset talis ratio, nihilominus voluntas imperaret assensum fidei prompte propter auctoritatem Dei revelantis; consequenter vero quando ex promptitudine et affectus voluntatis ad ea quae sunt fidei quaeruntur et adducuntur rationes ad ea declaranda et confirmanda atque ad ostendendum esse credibilia. Similis distinctio, licet ad aliud institutum explicata est I. 2., q. 6, art. 7, disp. 1; et q. 19, art. 7¹⁰.

His praehabitis sit 1.^a conclusio: Si ratio inducta ad credendum se habet antecedenter ad imperium voluntatis quo imperatur assensus fidei, tunc minuit meritum fidei. Ad hunc tamen sensum, intelligendum est minuere quod actus promptus voluntatis sine tali ratione propter auctoritatem Dei revelantis, est magis meritorius, tum quia difficilior, tum etiam quia voluntas inluteretur magis propriae rationi credendi fide catholica, nimirum divinae revelationi. Intelligenda est praeterea conclusio de ratione et motivo extrinseco ad credendum quod est ultra id quod sufficit ut homo absque levitate sibi persuadeat quod sibi proponitur esse revelatum a Deo. Rationes namque et motiva ad credendum, sine quibus levis esset corde quia assentiretur eis quae sunt fidei licet antecedenter se habeant ad assensum fidei et imperium voluntatis, non tamen minuunt meritum, quia licet minuunt difficultatem ad imperandum assensum fidei, et ob id occasio esse videntur quod

170. L. DE MOLINA, *Expositiones in I. II. disp. Thomae*, q. 8, a. 7, disp. 1; q. 19, a. 7: cod. c., f. 140v-155r, principalmente f. 150r-v.

minuatur meritum, attamen quatenus requiruntur ut imperium consonum sit rectae rationi expersque sit levitatis, compensatur meritum, quatenus occasio sunt cohonestandi [f. 160v] actum fidei et imperium voluntatis.

2.^a conclusio. Si ratio inducta ad credendum se habeat concomitanter aut consequenter ad imperium voluntatis quo imperatur assensus fidei, non minuit meritum fidei. Ratio est quia non tollit neque minuit promptitudinem voluntatis atque affectum charitatis ad credendum; et licet occasio sit quod minuatur difficultas quam actus et imperium voluntatis habent de se in ordine ad illud obiectum, et ob id occasio esse videatur quod minuatur meritum, quod penes difficultatem actus etiam attenditur, attamen quanto facillorum reddit actum tanto habiliorem et faciliorem reddit voluntatem ut feratur maiori conatu, eamque adiuvat; atque ita ex maiori conatu et firmitate compensatur meritum. Praeterea studium quaerendi rationem ad explicandum, persuadendum et defendendum ea quae sunt fidei, inditum est affectus voluntatis ad fidem; ex affectu autem pendet maxime meritum.

Sit nihilominus 3.^a conclusio: Si caetera sunt paria, et adsunt sufficientia motiva ut quis non sit levis in credendo, semper aequalis actus cum paucioribus rationibus extrinsecis atque motivis ad assentiendum est magis meritorius; et cum pluribus est minus meritorius. Probatum quia ubi caetera sunt paria actus quo difficillior eo est magis meritorius; semper autem ubi sunt caetera paria aequalis actus fidei cum paucioribus rationibus extrinsecis et motivis est difficillior. Neque audiendus est Durandus, in 3, d. 24, q. 3.^m affirmans rationem demonstrativam ad id quod est fidei tollere totam difficultatem et rationes et mo[f. 161r]tiva probabilia nullam tollere; contrarium namque experientia constat quoad secundum quod affirmat. Quo enim plura motiva probabilia sunt ad credendum, habiliores et faciliores nos sentimus ad eliciendum assensum. Confirmatur praeterea conclusio, quia imperium aequale voluntatis eo minus est a voluntate et subinde eo minus est voluntarium ac meritorium, quo plura sunt coadiuvantia et concurrentia cum voluntate ad illud eliciendum, quemadmodum aequalis tractus navis eo minus est a Socrate quo plures ipsum adiuvant.

171. DURANDUS. *Commentariorum libri IIII*, in 3 Sententiarum, d. 24, q. 3, n. 9: ed. c., f. 258r a.

et cum eo concurrunt ad illud. Motiva autem et rationes extrinsecæ ad credendum quas intellectus offert voluntati cum voluntate concurrunt et eam adiuvant ad eliciendum imperium circa actum fidei; quare quo plures sunt eo æquale imperium minus est a voluntate.

Ex dictis, articuli præcedenti¹⁷², patet falsum esse quod Durandus, loco citato¹⁷³, affirmat; rationem videlicet demonstrativam omnino tollere meritum credendi. Illud vero quod Gregorius¹⁷⁴ hic citatus a Divo Thoma¹⁷⁵ affirmat, fidem scilicet non habere meritum ubi humana ratio præbet experimentum, intelligendum est quando experimentum se habet antecedenter ad actum credendi estque præcipua aut totalis ratio credendi. Præterea dicitur tunc fides non habere meritum quia perexiguum habet, experimento ita concurrente minuente valde meritum.

QUÆSTIO 3.

Articulus 1.

Utrum confessio sit actus fidei.

Disputat hæc quæstione de actu exteriori fidei. Conclusio est: Confessio exterior fidei, sive verbis sive quovis alio signo fiat est actus fidei. Est receptissima; et probatur, quia [f. 161v] confessio fidei ad interiorem assensum manifestandum ordinatur, estque quasi illius perfectio et complementum pro tempore requisita; finis autem et quod ad finem secundum se ordinatur ad eandem virtutem pertinet. Quare ad quam virtutem moralem pertinet imperare interiorem assensum fidei, pertinet etiam imperare illius confessionem externam tamquam actum eiusdem virtutis proprium. Est etiam confessio externa actus fidei virtutis intellectualis, in quantum est ipsius effectus et signum expressivum ad id suapte natura ordinatum; quemadmodum non solum conficere syllogismum in mente est actus Dialecticæ, sed etiam conficere in voce.

172. Véase pág. 385 [944*].

173. GREGORIUS I, XL *Homiliarum in Evangelia* (Hort duo.) 2, hom. 26, 1: PL 78, 1197 C.

174. THOMAS AQUINAS, *Summe Theologiæ*, III, q. 2, a. 10; ed. Leopina, t. 8, p. 30 a.

Articulus 2.

Utrum confessio fidei sit necessaria ad salutem.

Conclusio est: confessio exterior fidei necessaria est ad salutem non ut semper fiat, sed ut certo loco et tempore prout occurrerit necessitas. Primum probatur ex illo Rom. 10¹⁷⁵: *corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem*; tum etiam quia aliquando ex taciturnitate et omissione confessionis fidei periclitaretur honor divinus atque ipsius fidei, praeberique posset grave scandalum et nocumentum proximis, ut quando ex taciturnitate putari posset credentem deseruisse fidem credive posset fidem non esse veram, aut alii sumere posset occasionem deserendi fidem tepescendive in illius confessione et professione; tunc enim procul dubio sub reatu peccati mortalis teneretur exterius confiteri fidem. Praecepta enim aliarum virtutum (ut optime notat D. Thomas hic ad 1¹⁷⁶) iuxta exigentiam charitatis Dei et proximi iudicanda sunt obligare aut non obligare ad culpam mortalem, quandoquidem fides eorum ad charitatem Dei et proximi ordinatur. Cum charitate tamen proximi computa etiam charitatem quam quis tenetur habere erga se ipsum. Secundum vero, ad salutem [f. 162r] scilicet non esse necessarium quod semper fiat confessio fidei exterior, sed certo loco et tempore prout occurrerit necessitas, probatur quia praecipuum de confessione fidei est affirmativum; praecipua autem affirmativa licet semper obligent, non tamen obligant ad semper praestandum quod eis praecipitur, sed certo tempore aut loco cum certis circumstantiis iuxta exigentiam virtutis aut dispositionem iuris positivi.

Ut vero amplius dilucidetur haec materia sit 1.^a conclusio: Non solum negare fidem per actum externum fit confessioni fidei contrariam, sed etiam negare actu positivo se esse christianum aut catholicum (maxime si ratione fidei atque in odium illius quis interrogetur) est peccatum mortale gravissimum, esto ad evitandam mortem acerbissimam id fiat. Patet, quia haec omnia redundant in contumeliam fidei quam docuit nos Christus, atque ipsius Christi nominisque christiani, quod nullo pacto licet. Confir-

175. Rom. 10, 10.

176. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae*, III, q. 3, a. 2, ad 1: ed. Leonina, t. 8, p. 41 b.

matur ex illis Matth. 10¹⁷; *Qui negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo*; ubi ad litteram loquitur de confessione fidei, quando ea de causa in mortem quis traditur, ut patet ex antecedentibus. Et Marci 8¹⁷; *Qui me confusus fuerit et verba mea, etc.* Et loquitur similiter imminente morte. Paulus item 2 Tim. 2¹²; *si negaverimus, ille negabit nos*. Hieronymus praeterea, cap. Existima 11, q. 3¹⁰ et Augustinus, cap. Non solum, eadem causa et quaestione¹⁸¹, affirmant eum qui in persecutione negat se esse christianum, Christum negare ac proinde peccare mortaliter. Et probat id ibidem Augustinus, quia Petrus non negavit Christum esse Messiam, sed negavit se esse discipulum illius, quod est esse christianum, et lamen Christus illi praedixit, *ter me negabis*. Ex hac conclusione inferitur quod si quis a Iu[. 162v]theranis interrogatus causa fidei an esset papista, id negaret, peccaret mortaliter, quia illi ea interrogatione intelligunt utrum confitentur Summum Pontificem et fidem Ecclesiae Romanae. Ubi tamen per contemptum illis verbis quis esset interrogatus, respondere deberet se Summum Pontificem, Episcopum urbis romanae, caput Ecclesiae universalis et Vicarium Christi confiteri, fidemque Ecclesiae Romanae se tenere.

2.^a conclusio. Si interrogatus quis de fide ab hostibus fidei vel an sit christianus aut catholicus, omittit confessionem fidei, aut confiteri se esse christianum aut catholicum, peccaret mortaliter, etiam si metu mortis et tormentorum id efficeret. Intelligatur vero conclusio quando serio in odium fidei animo sciendi an constetatur veram fidem vel an persistat in eadem confessione interrogatus; quando vero quis cerneret in ludibrium solum aut animo iocandi hostes fidei interrogare prudentia esset aliquando illos declinare tacendo, quando nulla futura esset suspicio apud illos aut alios ipsum minus constantem esse in fide quam antea. Conclusio ita explicata patet sicut praecedens, quia talis ommissio redundaret in

a MS: confessus

177. Mt 10, 33

178. Mc 8, 38.

179. 2 Tim 2, 12.

180. Hieronymus, *Commentarii in IV epistulas Paulinas, ad Titum, c. 1.*

v. 16: PL 26, 611 D. C.I.C., c. 84, C. XI, Q. 3: ed. Friedberg, I, 666.

181. Augustinus, *In Iohannis Evangelium tractatus, tr. 113, n. 2.* CChy 36, 637, 21-23. C.I.C., c. 85, C. XI, Q. 3: ed. Friedberg, I, 666s.

contumelliam fidei et in scandalum fidelium; eaque est conclusio quam affirmavit et probavit hoc loco D. Thomas¹⁸². Praeter illa autem quibus probata est, et testimonia quibus praecedens conclusio est confirmata, quae hanc suo modo etiam confirmant, confirmatur adhuc ex illo Lucae 9¹⁸³: *Qui me erubuerit et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua*. Error fuit Eicesaitarum¹⁸⁴ non esse necessariam confessionem fidei immo licitum esse eam disferi exterius, dummodo firmiter teneatur interius. De qua re vide Castdum, *Adversus haereses*, verbo: *Martyrium haeresi prima*¹⁸⁵.

[f. 163r] 3.^a conclusio Si christianus ad mortem, carcerem aut aliud simile feratur, quia christianus aut fidelis est, licitum est illi fugere aut se abscondere. Patet, ex Athanasio qui fugit quarentibus eum Arrianis ad occisionem; et patet ex Apologetico¹⁸⁶ ipsius, ubi fugam suam licitam fuisse multis ostenditur. Et ex Augustino, epistola 180 ad Honorium¹⁸⁷. Et ex illo Matth. 10¹⁸⁸: *cum persequentur vos in civitate ista fugite in aliam*. Et Act. 8¹⁸⁹ orta Ierosolymis persecutione quae ibi narratur, omnes praeter Apostolos dispersi sunt per regionem Iudaeae et Samariae. Hoc ipsum etiam patet ex cap. Sciscitaris¹⁹⁰, cap. Adversitas¹⁹¹, cap. Ibi 7, q. 1¹⁹¹ ubi hoc ipsum affirmant et probant aliis exemplis Scripturae Nicolaus papa, Gregorius et Augustinus. Ratio vero conclusionis est, quia ex fuga nulla inconstantia circa confessionem fidei arguitur, immo signum est fugientem fidem velle custodire in eaque velle persistere. Ex alia autem parte potest quis iuste timere propriam infirmita-

p MS. Eicesaitarum

182. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae*, II. II., q. 3, a. 2: ed. Leonina, t. 8, p. 40s.

183. Lc 9, 26.

184. ALFONSO DE CASTRO, *Adversus omnes haereses*, v. *Martyrium*, haec. 1: Madrid, 1773, f. 310 a-b.

185. ATHANASIUS, *Apologia de supp. sua*, PG 35, 847-850.

186. ALEXANDREUS, *Epistula 228*, ad Honorium: CSEL 57, 494-496. (PL 33, 1013-1019).

187. Mt. 10, 23.

188. Hcb 5, 1.

189. C.I.C., c. 47, C. VII, Q. 1: ed. Friedberg, 1, 585s.

190. C.I.C., c. 48, C. VII, Q. 1: ed. Friedberg, 1, 586.

191. C.I.C., c. 49, C. VII, Q. 1: ed. Friedberg, 1, 588. (El texto de S. Agustín es el citado en la nota 186. Proviene de la Glosa, como bien señalan las ediciones del Corpus Iuris Canonici.)

tem ad mortem et tormenta toleranda, quantumvis de adiutorio divino speret. Praeterea aliquando conservatio propriae vitae potest multum conferre ad defensionem fidei, bonum Ecclesiae et conservationem aliorum atque similia possunt intervenire, quae non solum licitam, sed laudabilem possunt reddere talem fugam.

Ex capitibus paulo ante citatis colligitur quatenus praelatis liceat aut non liceat fugere tempore persecutionis; neque alia credo certior potest tradi regula quam eos sub reatu peccati mortalis tenere sufficienter occurrere et providere gregi, vitamque pro illis si id opus fuerit, ponere, neque posse fugere et deserere gregem, quando grex indiget ipsorum praesentia, nisi curam Deo iudicetur id cedere in maius aut aequale bonum gregis cuique commissi memoresque esse [f. 163v] debent praelati exemplum ipsorum, ex eo quod animam pro grege de facto ponant et cedere in magnam gloriam Dei et in bonum maximum gregis, tum quia totus grex ad idem animatur, tum etiam quia praelatis venturis exemplum relinquunt curae quam de grege debent habere. Quod dictum est de tempore persecutionis, intelligendum est etiam quando pestis invadit gregem, indigetque grex administratione sacramentorum, et pastu spirituali ut in gratia discedat ex hac vita, necnon gubernatione corporali.

4. conclusio. Licetum est fidelibus induere se vestibus infidelium aut haereticorum ne agnoscantur. Intervenire tamen debet rationabilis aliqua causa, ut omnino id excusetur a culpa, ut v.g. ne quis occidatur aut gravi alia molestia afficiatur aut ut consilia infidelium quae sunt in damnum Ecclesiae aut republicae melius possit deprehendere et ut facilius sit ei aditus ad confortandos aut adiuvandos fideles, qui inter illos detinerentur, aut aliquid simile. Intelligenda est praeterea conclusio de vestibus quae non sunt dedicata ad cultum falsae religionis vel ad confessionem sectae infidelium, sed ad usum particularem. Communis est et recepta conclusio ita explicata. Eam inter alios affirmant Sylvestrina, verbo *Fides*, q. 5¹⁹², et clarius verbo *Infidelitas*, q. 9; Angelus, eisdem verbis [§ 9], utrobique¹⁹³; Armilla, verbo *Fides* et ver-

192. S. PRIMERAS, *Summa Summarum*, v. *Fides*, n. 8: ed. c., I, 446 b: «Qui vero interius quidem credit, exterius vero facit aliquod infidelitatis signum, puta exhibet reverentiam idolo vel portat vestem destinatum ad aliquod determinatum signum infidelitatis et huiusmodi, peccat mortaliter.» v. *Infidelitas*, n. 10; *ib.*, 2, 37 a.

193. ANGELUS A CRIVASSO, *Summa angelica de casibus conscientialibus*, v. *Fides*, n. 9; v. *Infidelitas*, n. 9: ed. c. (nota 137), I, 347v a; f. 410r a.

bo *Infidelitas*¹⁹⁴. Et patet in B. Sebastiano qui vestibus gentilium utebatur atque ad tempus occultavit se esse christianum optimo fine. Ratio vero conclusionis est quia cum vestes illae non sint institutae ad significandam aut profitendam falsam religionem, usu earum non significat quis se profiteri eam religionem, sed solum alii sumunt occasionem id putandi aut non advertendi ipsum esse christianum vel catholicum, quod licitum est illi permittere ex rationabili causa. Illud tamen est advertendum: quod si ante [f. 164r] apud illos apud quos incedit ita indutus, esse agnitus tamquam christianus aut catholicus, et propterea putarent illum deseruisse fidem quam antea noverant eum profiteri, illicitum esset uti inter illos illis vestibus, quia id esset in contemptum fidei et scandalum aliorum. Si tamen scandalum auferret prodendo secreto constitutum suum illis qui id poterant existimare (ut si forte essent aliqui catholici qui commorarentur inter illos) neque infideles ob id crederent ipsum de novo deseruisse fidem, licite posset uti illis vestibus. Semper enim in his omnibus attendendum est utrum sequatur contemptus vel ignominia fidei aut scandalum aliorum vel non, atque inde iudicandum est utrum illicitum sit an non.

Dubium est utrum si inter Saracenos aut infideles alios esset lex aut consuetudo ut christiani gestarent aliquod signum, quo distinguerentur aut disnoscerentur ab infidelibus, licitum esset christianis ad mortem aut aliud grave damnum vitandum non deferre inter illos illud signum. Caetanus¹⁹⁵ id negat licitum esse. Puto tamen respondendum esse iuxta ea quae paulo ante dicta sunt: si enim antea ab illis inter quos deponeret quis tale signum esset agnitus tamquam christianus et ob id putaretur cum deseruisse fidem, nullo modo esset licitum, quia id vergeret in contemptum et contumeliam fidei atque in scandalum. At si nihil tale suspicaretur, sed solum haberetur tamquam unus de numero suorum, licitum id esset ad vitandam mortem, aut grave aliud damnum; quia par est ratio in hoc casu et in casu superioris conclusionis. Neque lex infidelium quod fideles uterentur tali signo esset iusta, quandoquidem in contumeliam christianorum et nominis Christi esset lata. Et esto non causa religionis esset lata talis lex, neque

194. B. FERRIUS, *Summa Arithm.*, v. Fides, 9: ed. c. f. 201v; v. Infidelitas, 23: ib., f. 237r.

196. THOMAS A VIO, *Commentarium in III*, q. 3. a. 2, III: ed. Lecina, t. 8, p. 41 b.

cederet in ignominiam religionis christianae, sed ad alium bonum finem esset lata atque esset iusta nihilominus neque obligaret neque obligare posset cum tam gravi damno atque periculo mortis [f. 164v]. Quare in tali casu perinde esset contra legem [ire] ac si non esset, et ob id propter legem discedendum non est a communi doctrina superius tradita. Sicut vero fideli licet induere se vestibus infidelium ad mortem vel periculum grave vitandum, ita et clerico licitum est induere se vestibus secularium, et monacho etiam ad simile periculum vitandum, non obstante lege ecclesiastica quae clerico aut monacho certum habitum praescribit; lex enim in eo casu atque cum tanto periculo non obligat. In summa, licet numquam licitum sit negare fidem aut religionem christianam, licitum tamen est interdum occultare eam, ut¹⁹⁶ licet numquam licitum sit mentiri, licitum tamen est dissimulare et facere id unde alii sumant occasionem non advertendi aut se ipsos decipiendi. Licite namque in bello iusto milites multa simulant et dissimulant, ut hostes decipiantur et capiantur, et Christus ipse finxit se longius ire absque mendacio aut peccato.

In responsione ad 3^{ma}, habes ex Divo Thoma non esse laudabile offerre se ad martyrium quando manifeste ex tali obligatione sequitur turbatio et peccatum infidelium absque utilitate fidei et fidelium, iuxta illud Matthaei 7^{mo}: *nolite dare sanctum canibus; neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne [...] conversi dirumpant vos*. At vero quando utilitas aliqua fidei speratur aut fidelium, videlicet quando cedit in exaltationem fidei et honorem Dei aut proximi animantur et aedificantur corroboranturque in fidem et ad tolerantiam laborum, laudabile atque consilium esse non obstante turbatione et peccato infidelium offerre se martyrio, ut historiae narrant plures martyres fecisse. Confirmatque id D. Thomas¹⁹⁷, ex Matthaei 15^o quando dicentibus discipulis Phari-

q. MS: et.

196. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae*, II. II., q. 3, a. 2 ad 3; ed. Leonina, t. 8, p. 41 b. No habla expresamente del martirio, sino de la profesión pública de la fe, que no es laudable est turbatio infidelium oritur [...] absque aliqua utilitate fidei vel fidelium».

197. Mt 7, 6.

198. Véase la nota 196.

199. Mt 15, 14.

saeos fuisse scandalizatos respondit Christus: *strife illos scandalizari, scilicet, caeci sunt et duces caecorum* [f. 165r].

Doctrina haec communis est. Navarrus vero in Manuali, cap. 11, n. 40²⁰⁰, affirmat peccatum mortale esse offerre se infidelibus ad martyrium eos incitando et occasionem occisionis suggerendo, quando martyrium non est in praecepto neque in consilio propter utilitatem fidei aut fidelium. Adverte tamen quod esto sine ulla prorsus spe exaltationis fidel atque nominis Christi aut utilitatis proximorum, quae se offerret ad martyrium, peccatum esset mortale, propterea quod illicitum est praebere occasionem peccandi infidelibus sine rationabili causa. et unusquisque tenetur conservare propriam vitam; at tamen quia nunquam aut fere nunquam credendum est nullam esse spem exaltationis fidei et nominis Christi atque aedificationis fidelium praesentium aut futurorum in eo quod quis ita intrepide mortem patiatur in confessionem fidel, ideo dicendum est quod etiam quando potius eligendum esset non se offerre quam se offerre (eo quod non multum exaltationis fidei aut utilitatis proximorum speretur, et considerata atque timenda esset propria infirmitas) non interveniret peccatum mortale; et ab ist Divum Thomam solum dixisse non esse laudabile²⁰¹. Quod si culpa aliqua venialis in tali oblatione interveniret peccatio ipsa actualis mortis amore Dei atque in confessionem fidel eam absolveret atque deferret.

QUESTIO 4.

Articulus 1.

**Utrum fides recte definiatur quod sit
substantia rerum sperandarum, etc.**

Hac quaestione disputat de habitu fidei, incipitque a descriptione [f. 165v] fidei quam tradit Apostolus ad Hebraeos 14²⁰². In ea autem substantia rerum sperandarum idem est quod fundamentum cui et innititur spes et innituntur ea quae speramus. Substantia namque interdum pro fundamento et sustentaculo sumitur,

200. M. DE AZPILCUEVA, *Manual: confessoriorum*, n. 11, n. 40: ed. c., p. 174.

201. Vide nota 196.

202. Heb 11, 1.

ut in illo psalmi 68³³: *Infixus sum in limo profundi et non est substantia*, id est, sustentaculum et firmamentum aut fundamentum in quo spes firmetur et cui innitatur, quin potius primum praedilectorum ob id substantia dictum est, quod sit fundamentum et sustentaculum cui alia innituntur et in quo sustentantur et ipsum in nullo alio. Unde fides a Dionysio, 7 cap., de divinis nominibus³⁴, fundamentum appellatur, ut hic citat D. Thomas. Et a concilio Tridentino, sess. 6, cap. 8³⁵ dicitur esse humanae salutis initium, fundamentum et radix omnis iustificationis. Additur ulterius in definitione argumentum non apparentium, id est, firma adhaesio seu firmus assensus circa ea quae non apparent, ut hic exponit D. Thomas. Sumitur enim argumentum pro effectu ipsius. Argumentum enim adhaerere et assentiri facit conclusioni per ipsum probatae; quia tamen fides innititur divinae auctoritati non habet quod appareat et evidenter cognoscatur, tamen quod ipsa in se certissima sit, ob id licet dicatur argumentum, id est, firmus assensus, additur non apparentium. Ex explicitis verbis Apostoli colligit D. Thomas hanc definitionem fidei: est habitus mentis quo inchoatur vita aeterna in nobis, faciens intellectum assentiri non apparentibus, seu inclinans ad assentendum non apparentibus. Verba tamen Apostoli possunt etiam accommodari actui, immo de actu videtur potius loquitur Theophilactus³⁶ super eadem verba Pauli exponit argumentum, id est lumen quia sicut argumen[tum] est quasi lumen quoddam quo assentimur conclusioni, ita fides est lumen quo assentimur illis quae non apparent.

203. Sal 68, 3.

204. PseudoDionysius, *De divinis nominibus*, c. 7: PG 3, 871, 887. En esta traducción se denomina a la fe *firmamentum*.

205. *Concilium Tridentinum*, sess. 6, c. 8: DS² 1532.

206. THEOPHILACTUS, *Expositio in epistola ad Hebraeos*, c. 11, v. 1: PG 125, 342. En la traducción se dice solamente: «argumentum, hoc est, demonstratio et manifestatio rerum quae non sunt conspicuae. Facit enim ut ista mente nostra cernamus haud secus ac si praesentia essent.»

Articulus 2.

Utrum fides sit in intellectu sicut in objecto.

Quidquid Scotus dicat in 3, d. 23, q. 2^m, cum assensus fidel et eliciatur a intellectu et imperetur a voluntate, ut ex dictis in superioribus patet, non solum in intellectu admittendus est habitus quo facillitetur ad eliciendum assensum fidei atque ad actum credendi, sed etiam in voluntate admittendus est habitus quo habilis reddatur ad eliciendum imperium eiusdem assensus, sive Deus infundat homini habitum in voluntatem sicut infundit habitum in intellectum, sive solum sit acquisitus per ipsosmet actus imperandi: quemadmodum virtus studiositatis ponitur in voluntate ad imperandum actum scientiæ quando oportet et prout oportet, etc., estque virtus acquisita et generata ex similibus actibus voluntatis. Adverte tamen quod cum credere et assentiri sit proprie actus fidei, hoc autem sit intellectus tametsi præcedat et requiratur imperium voluntatis, fit ut habitus intellectus a quo proxime elicitur ille actus, sit proprie virtus fidei, non vero habitus voluntatis ac proinde fit ut simpliciter et absolute loquendo dicendum sit fidem esse subjective in intellectu. Porro, habitus voluntatis ad imperandum assensum distinctus est a charitate existereque potest cum peccato mortali perinde atque fides.

Circa responsionem ad 3, adverte quod ut ostendimus I p., q. 1, art. 4^m, sicut unus numero intellectus secundum eam[f. 166v]-dem sui rationem formalem in ordine ad actus practicos quos elicit dicitur practicus, et in ordine ad actus speculativos dicitur speculativus ita unus numero habitus fidei in ordine ad quosdam actus credendi speculativos quos elicit dicitur habitus speculativus, et in ordine ad quosdam alios practicos quos elicit dicitur practicus. Unde fides partim est habitus practicus et partim speculativus, et residet in intellectu tum ut habet rationem practici in ordine ad quosdam actus, tum etiam ut habet rationem speculativi in ordine ad alios. Vide quæ loco citato late dicta sunt²⁰⁷.

a. MS: elevetur.

207. I D. Scotus, *Questiones in Hbrum tertium Sententiarum*, d. 23, q. 2, § E¹ ad secundum: ed. c., p. 211 b.

208. L. DE MOLINA, *Commentaria in primum Libri Thomæ pariem*, q. 1, a. 4, d. 3: Cuenca, 1592, col. 62.

Circa eandem responsionem adverte quod actus fidei imperatur a voluntate per habitum illius virtutis morales, quam paulo ante diximus esse distinctam a charitate, et posse esse cum peccato mortali atque ab illo actu denominatione extrinseca habet quod sit bonus moraliter, et simul etiam a charitate dirigi et imperari potest, ut sit propter Deum; cum hoc tamen simul stat quod fides existens in intellectu tamquam ostendens obiectum atque erigens spem et excitans amorem per charitatem operetur opera meritoria, iuxta illud Pauli ad Galatas 5²⁰: *fides quae per charitatem operatur*; atque hoc ultimum est quod in hac responsione docet D. Thomas.

Articulus 3.

Utrum charitas sit forma fidei.

Ambrosius²⁰⁹ super illud Rom. 8²¹: *quis nos separabit a charitate Christi?* charitas, inquit, mater est omnium virtutum, quae omnes informat: unde vult charitatem esse formam non solum fidei, sed et caeterarum virtutum [f. 167r] et est communiter receptum. D. Thomas hoc loco, et infra q. 23, art. 8²²; et Caletanus²¹⁰, eisdem in locis, eatenus velle videntur charitatem esse formam fidei et caeterarum virtutum, quatenus ad charitatem ut ad supremam virtutem spectat dirigere actus aliarum virtutum ad supremum finem, ut scilicet sint propter Deum qui finis proprium obiectum est charitatis. Quia ergo a charitate determinantur actus aliarum virtutum ut sint propter Deum atque huiusmodi actibus ex directione et imperio charitatis supervenit ratio formalis actus speciei charitatis, ad quam ut patet de se sunt in potentia, vult D. Thomas charitatem ea ratione esse formam fidei et caeterarum virtutum, non quidem intrinsicam et essentialem habitibus aliarum virtutum, sed extrinsecam et assistentem, quae ob id

209. Gal 5, 6.

210. PseudoAmbrosius. En el pasaje citado por Molina no hemos podido encontrar nada referente al tema del que trata. Pero en la *Prosecutio secunda hactenus Ambrosio attributa*, se dice: «Caritas quae fundamentum est omnium virtutum et bonorum...»: PL 17, 835a.

211. Rom 8, 35.

212. THOMAS AQUINAS. *Summa Theologiae*, II. II., q. 4, a. 3; q. 23, a. 8: ed. Leonina, t. 8, p. 46 a-b y 172 a-b.

213. THOMAS A VIO. *Commentarii in II. II.*, q. 4, a. 3; q. 23, o. 8: II. p. 47 a y 173 a-b.

forma eorum dicitur quod eos determinat ad producendum actus qui habeant eam formalitatem quae in ordine ad ipsosmet actus tamquam forma comparatur. Hoc licet coadiuvet ut charitas forma fidei et aliarum virtutum dici possit, non tamen videtur plene satisfacere; primo, quia hac ratione quaecumque virtus superior quatenus imperat actum inferioris et offert illum ad suum finem dicenda esset forma illius, ut religio quatenus imperat ieiunium ad promptius vacandum Deo in oratione dicenda esset forma abstinentiae quod tamen non consuevimus dicere. 2.^o: quando charitas actum non imperat alicuius virtutis non diceretur forma illius virtutis in ordine ad illum actum. nos autem I. 2, q. 18 art. 9^o tamquam probabiliter existimavimus non esse necessarium imperium actuale aut vir[*s*. 167v]tuale charitatis ad hoc ut actus virtutis inferioris sit meritorium, sed satis esse quod eligens illud sit in gratia et charitate. Cum ergo nullus videatur concessurus actum virtutis informis esse meritorium, dicendum erit non a solo imperio habere charitatem quod sit forma virtutum. Et 3.^o, quia aliquid amplius videntur velle Patres inlxi Scripturis sanctis,

Ad huius igitur rei intelligentiam supponendum est iustificationem esse generationem quandam spiritualem, qua quis producit in esse filii adoptivi Dei atque viventis vita spirituali per gratiam, ut ex Scripturis sanctis constat; iustificatio autem duobus potissimum tribuitur in Scripturis, videlicet scilicet, tamquam radici et fundamento esse supernaturalis quod homo consequitur per iustificationem, et a quo caetera pendent, et charitati atque gratiae tamquam formae qua perficitur iustificatio et determinantur fideles ad esse filii adoptivi atque viventis vita spirituali, perinde atque materia per formam atque animam supervenientem determinatur ad esse viventis quod per generationem producit. Sicut ergo in generatione corporali anima est forma intrinseca et essentialis viventi quod per generationem producit non vero materiae et corpori quod informat et determinat ad esse viventis, sed ab eo potest separari, ita in generatione spirituali gratia et charitas est forma intrinseca viventis vita spirituali, non vero fidei quam determinat et supponit ad esse talis viventis vita spirituali¹, quin

t. Et manuscripto legitur: non vero fidel quam determinat et supponit ad esse talis viventis.

214. L. de MOLINA, *Expositiones in III. dicit Thomae*, q. 18, n. 9: cod. c., f. 130r-131v.

potius ab ea potest separari; et sicut corpus [f. 168r] separata anima dicitur corpus mortuum, ita fides sine gratia et charitate mortua dicitur utpote carens vita ad quam ordinatur et qua determinatur ad esse supernaturale viventis vita spirituali, et utpote impotens ad producendum opera vitae, hoc est meritoria vitae aeternae, et grata Deo qualia sunt opera filii adoptivi Dei viventis vita spirituali, perinde atque corpus separata anima impotens est ad exercenda opera vitae. Ex his patet singulari quodam modo charitatem dici formam fidei ab eo quod dicendum forma aliarum virtutum quatenus scilicet ipsam supponit tanquam primum fundamentum (in quo fides assimilatur materiae) atque eam determinat et cum ea constituit esse supernaturale viventis vita spirituali atque filii adoptivi Dei et ob id de fide singulariter dicitur quod sit viva in praesentia charitatis et gratiae, et quod sit mortua in illius absentia quemadmodum de materia et corpore humano dicitur quod sit vivens in praesentia animae et mortuum in illius absentia. De fide etiam peculiariter dicitur quod per charitatem operetur ad Galatas 5⁴³, non solum ad sensum explicatum articulo praecedenti, quatenus scilicet excitat charitatem ad operandum ostendendo obiecta impulsiva et rationes amandi, sed etiam quatenus determinata per charitatem operatur opera meritoria grata Deo, sine cuius determinatione, influxu et assistentia non essent talia.

Supponendum est ulterius quod, ut 1. 2. q. 71. art. 4. dicebamus²¹⁵, licet virtutes morales in ordine ad finem naturalem, ad quem suapte natura ordinantur, et ad quem possunt perducere, dicantur et sint virtutes, quo [f. 168v] pacto consideratae a philosophis vere appellatae sunt virtutes, attamen in ordine ad finem supernaturalem (in ordine ad quem considerantur a theologis) neque ipsae neque quaecumque aliae dicuntur virtutes simpliciter, nisi coniunctam habeant charitatem. Et ratio est quia opera ipsarum perducere nequeunt ad finem ultimum supernaturalem ipsarumque promereri, nisi coniunctam habeant charitatem; atque hinc est quod unaquaeque earum secundum considerationem Theologiae (atque in ordine ad finem ultimum supernaturalem) compleatur in esse virtutis per assistentiam charitatis in eodem subiecto,

215. Gal 3. 5.

216. L. DE MORALIA, Expositiones in III. dist. Thomae, q. 71, a. 4: cod. c., f. 236r-v.

a qua subiectum habet quod sit filius adoptivus Dei, et subinde quod opera ipsius bona moraliter quae emanant ab aliis virtutibus digna sint haereditatis paternae et tamquam merita perducere possint ad ultimum finem supernaturalem, sempiternam videlicet beatitudinem. Quia ergo per assistentiam sui charitas in eodem subiecto tanquam per conditionem sine qua non complet et determinat unamquamque aliarum virtutum ad esse virtutis per comparisonem ad finem supernaturalem, fit ut hac ratione forma dicatur non solum fidei, sed et caeterarum virtutum, et ut tam fides quam caeterae virtutes praesente charitate virtutes formatae atque simpliciter dicantur, ea vero absente informes atque secundum quid virtutes dicantur per comparisonem ad finem supernaturalem.

Ex dictis patet charitatem duobus modis dici formam fidei, altero communi fidei cum caeteris virtutibus, et altero proprio fidei; neutro tamen modo esse formam intrinsecam fidei quatenus fides est, sed extrinsecam et assistentem ipsamque deter[i. 169r]minantem ad esse virtutis simpliciter et per comparisonem ad finem supernaturalem, vel ad esse viventis vita spirituali atque filii adoptivi Dei.

Articulus 4.

Utrum fides informis possit fieri formata et e contra.

Ex his quae dicta sunt articulo praecedenti, tum etiam q. I art. 19, disp. 2 ad 3^o satis patet eundem numero habitum fidei qui in fidei existenti in peccato mortali erat fides informis per adventum charitatis in iustificatione fieri fidem formatam; et rursus amissa charitate per peccatum mortale (quod tamen non sit infidelitas) manere fidem informem. Contrarium vero est error Luthero-ranorum asserentium sola fide nos iustificari nunquamque dari fidem informem sine charitate et gratia; qui error damnatus est in concilio Tridentino, sess. 6, cap. 15^o, sub his verbis: "asseren-

217. Véase ArchTeo:Gran 41 (1978) 174-177.

218. Concilium Tridentinum, sess. 6, c. 15: DS⁹ 1544.

dum est non modo infidelitate per quam et ipsa fides amittitur, sed etiam quocumque alio mortali peccato quamvis non amittatur fides, acceptam iustificationis gratiam amitti", etc.; et canone 28²⁰: "si quis dixerit amissa per peccatum gratia, simul et fidem semper amitti, aut fidem quae remanet non esse veram fidem, licet non sit viva [...], anathema sit." Ratio autem quare quocumque peccato mortali amittatur potius gratia et charitas quam fides, est quia gratia et charitas efficiant hominem amicum et gratum Deo, quovis autem peccato mortali efficitur homo inimicus et exosus Deo, et ob id mortalis macula et gratia et charitas pugnant; non vero sic fides pugnat cum omni peccato mortali, sed solum cum peccato infidelitatis cui opponitur, et similiter spes cum desperatione. Quod autem fides manere possit sine charitate et gratia satis colligitur inter alia loca Scripturae, Iacobi [f. 169v] 2²¹: fides sine operibus mortua est; et ex illo primae ad Corinth. 13²²: *si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum*. De hac re vide quae diximus I. 2, q. 62, art. 4 et q. 65, art. 2²³. Vide etiam Castrum, *Adversus haereses*, verbo *Fides*, haeresi 3²⁴; Sntum, 2 de natura et gratia, cap. 7 et 3²⁵; et Doctores in 3, d. 23²⁶.

Articulus 5.

Utrum fides sit virtus?

Sit prima conclusio: Fides secundum se est virtus intellectualis, non minus quam ars et prudentia; est tamen virtus supernaturalis, quam praeinde ut non cognovit Aristoteles ita non computavit inter virtutes intellectuales 8 Ethicorum²⁷. Prior pars conclusionis est contra Durandum in 3, d. 23, q. 6²⁸ ubi arbitratur

219. Ib., in. 28: ib., 1678.

220. Sant 2, 17.

221. 1 Cor 13, 2.

222. L. DE MOLINA, *Expositiones in III. divi Thomae*, q. 62, a. 4; q. 63, n. 2: *cod. e.*, f. 203r-207r; f. 218r.

223. A. DE CASTRO, *Adversus omnes haereses*, v. *Fides*, haer. 3: *ed. n.*, l. i, 230 b D — 245 s. A.

224. D. SOTO, *De natura et gratia*, l. 2, c. 7 y 2: *ed. e.*, f. 116-123.

225. Vide, per exempla, DURANDUS, *Commentariorum libri IIII*, in 3, d. 23, q. 8, n. 6; *ib.*, q. 9, n. 7: *ed. e.*, f. 255v b; y f. 256r a.

226. ARISTOTELES, *Ethicorum* l. 6, *Opera omnia*, t. 2, Paris, 1888, p. 150-174.

227. DURANDUS, *Commentariorum libri IIII*, in 3, d. 23, q. 6, n. 6: *ed. e.*, f. 254v b.

fidem deficere a perfecta ratione virtutis intellectualis propterea quod si esset semper inclinaret ad verum, quod est bonum intellectus, non tamen inclinaret ad actum evidentem qui est praestantissimus actus intellectus; virtus autem proprie dicta est dispositio ad optimum et praestantissimum actum potentiae, iuxta illud Aristotelis, 7 Physicorum, cap. 13, text. 17²²⁸: virtus est dispositio perfecti ad optimum. Haec tamen sententia non placet; primo, quia si de ratione virtutis esset quod esset dispositio et inclinatio ad praestantissimum actum potentiae solum ratione praestantissimi actus potentiae esset virtus in unaquaque potentia. Quare cum inter quoscumque duos actus specie distinctos eiusdem potentiae semper unus sit nobilior alio, sequeretur in unaquaque potentia unam tantum esse virtutem; quod tamen est falsum, cum Aristoteles, 6 Ethicorum, cap. 3²²⁹ virtutes intellectuales distinguat, quae in plures specie distinctas subdividuntur, et virtutes [f. 170r] omnes morales resideant in voluntate, ut 1. 2., q. 36, art. 4²³⁰, ostensum est. 2.^o, quia Aristoteles, 6 Ethicorum, cap. 3²³¹, reiicit opinionem a ratione virtutis intellectualis, non quod eius actus sit invidens, sed quod versari possit circa falsum, etiam de ratione virtutis intellectualis sit quod inclinet praecise ad verum quod est bonum intellectus, quemadmodum de ratione virtutis moralis est quod inclinet semper ad bonum voluntatis per comparisonem ad rectam rationem. Quare cum fides semper inclinet ad verum eique non possit subesse falsum fit ut tametsi actus ipsius invidens sit, computari debeat inter virtutes intellectuales. Negandum ergo est de ratione virtutis esse quod sit dispositio ad praestantissimum actum potentiae. Ad locum vero illum Aristotelis, 7 Physicorum²³², dicendum est, ut dicebamus 1. 2., q. 71, art. 1²³³ virtutem esse dispositionem perfecti, id est, dispositi per eam accommodate ad suam naturam, ut ipse Aristoteles se explicat ad optimum, id est, ad operationem quae praestantior est dispositione ipsa quandoquidem dispositio ad eam tamquam ad finem ordina-

228. ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea*, I. 6, c. 2 et 3; Aristoteles latinus, 26/1-3, Leiden-Bruselas, 1973, p. 480s. Ed. c (nota 225), p. 182ss.

229. In., *Ethicorum*, I. 6, c. 3; ed. c (nota 226), t. 2, p. 153s. Vêase la nota anterior.

230. L. DE MOLINA, *Expositiones in III diu Thomas*, q. 56, a. 4, 5 et 6; cod. c., f. 190r-193v.

231. Vêase la nota 229.

232. Vêase la nota 226.

233. L. DE MOLINA, *Expositiones in III diu Thomas*, q. 71, a. 1; cod. c., f. 232v.

tur. Unde operatio optimum dicitur non simpliciter, sed comparatione virtutis quae ad ipsam ordinatur, vel ad optimum, id est, conducentis ad felicitatem vel naturalem vel supernaturalem, ut fieret virtus.

2.^a conclusio. Fides quoad habitum voluntatis quod prompte et ut oportet imperatur assensus et actus credendi est virtus moralis quae sine charitate et gratia esse potest, ut patet ex dictis art. 2^{ae}.

3.^a conclusio. Neutro modo est virtus perfecte et simpliciter per comparisonem ad finem supernaturalem, sed secundum quid et imperfecte dumtaxat, si sit informis et desit charitas, utroque vero modo est perfecte et simpliciter virtus per compara[t. 170v]-tionem ad eundem finem, si sit formata charitate. Haec patet ex dictis art. 3^{ae}; charitas enim perficit fidem quatenus est virtus intellectualis et determinat illam ad esse filii adoptivi Dei qui ius habeat ad vitam aeternam, ea vero ex parte qua est virtus moralis perficit eam et determinat ut producat actum meritorium vitae aeternae quod est determinare eam ad esse virtutis per comparisonem ad vitam aeternam, id quod Durandus non satis advertit loco citato²³⁴, affirmans fidem a charitate non habere quod sit magis virtus. Licet enim non faciat eam magis virtutem secundum rationem virtutis, quam actum ipsius habet secundum suam speciem iuxta sensum primae et secundae conclusionis, complet tamen in ea esse virtutis per comparisonem ad finem supernaturalem assequendum, ut art. 3 explicatum est²³⁵.

Circa id quod Caietanus, hoc loco²³⁶, tribuit Scoto, adverte fidem catholicam in hoc differere ab opinione et ab illa quae est de obiecto in se necessario et infallibiliter vero, cognita tamen, non penetrata infallibilitate et certitudine ipsius, quod opinio quae est de obiecto in se necessario, non est de se infallibilis quantum est ex parte cognitionis, quin potius huic cognitioni quatenus est

234. Veanse las págs. 61a.

235. Veanse las págs. 63-75 [409-421].

236. Veanse la nota 227.

237. Veanse las págs. 63-75 [409-421].

238. THOMAS A VIO, *Commentarii in III. q. 4, a. 5, VI*: ed Leonius, t. 8, p. 50 a-b.

ex natura et specie cognitionis non repugnat fallere. Quod si in aliqua opinione sit infallibilitas est per accidens et non ex natura et specie sua, sed ex objecto materiali quod in se est infallibile: at vero fides catholica ratione cuiuscumque objecti sive necessarij sive contingentis est ex sua natura infallibilis, quatenus si per impossibile objectum falleret, cognitio non relinquet naturam fidei catholice quam retinet. Habet ergo fides catholica infallibilitatem ex se et ex propria natura et non per accidens ex objecto, et ob id etiam in ordine ad [f. 171r] objectum de se contingens, est virtus intellectualis; at vero opinio quia eam non habet ex se et ex natura cognitionis, non est virtus intellectualis etiam in ordine ad objectum, quod in se est necessarium. Fides ergo catholica, et ex parte rationis assentiendi, nimirum divine revelationis, que est omnino infallibilis habet infallibilitatem, et ex natura propria, licet non ex parte credentis, quatenus per eam assentitur invidenter; opinio vero neque ex natura propria neque ex parte opinantis per eam invidenter, sed solum per accidens aliquando ex parte objecti. Et quia haereticus etiam quando assentitur in nixus quia Deus revelavit, non assentitur per cognitionem habentem naturam et speciem fidei catholice, fit ut neque ex parte cognoscentis neque ex parte cognitionis, sed solum per accidens ex parte divine revelationis que revera processit, habeat infallibilitatem circa ea circa que non errat; unde fides et credulitas haeretici non est virtus intellectualis.

Quomodo distinguatur fides virtus theologalis a fide gratia gratis data, quod D. Thomas tangit hic ad 4 explicatum est in principio huius operis, disp. 2^o.

Articulus 6.

Utrum fides sit una virtus?

Fidem non solum quoad habitum sed etiam quoad actus et assensus proprios fidei esse unius et eiusdem speciei infimae propter eandem rationem objectivam credendi omnia que sunt fidei catholice, divinam scilicet revelationem patet ex dictis I p. q. 1.

art. 3²⁴⁰. Fidem etiam habituales esse unam simplicem qualitatem in unoquoque subiecto patet ex dictis ibidem et 1. 2., q. 67, art. 8²⁴¹.

Articulus 7.

Utrum fides sit prima inter virtutes?

Sermo est de primitate quoad generationem, non vero quoad perfectionem. Quomodo fides habitualis infusa sit prima inter virtutes theologales, ita quod nulla ante illam infundatur, ipsa vero quae caeterarum est fundamentum, aliquando sit sine reliquis, explicatum est 1. 2., q. 82, art. 4²⁴²; actum vero fidei esse primum inter actus virtutum theologalium probat hic optime D. Thomas, quia virtutes theologales versantur circa Deum tanquam circa obiectum; obiectum autem prius est in intellectu quam in voluntate, eo quod nihil sit volitum quin praecognitum. Quare cum Deus sit in voluntate per spem et caritatem, et attendendo in ipsum per spem et charitatem supernaturalem non sufficiat cognitio naturalis, fit ut prius sit in intellectu quam per cognitionem supernaturalem fidei. Et confirmatur ex concilio Tridentino, sess. 6, cap. 5 et 8²⁴³ ubi motus fidei ponitur primus actus inter actus virtutum theologalium, et appellatur radix et fundamentum iustificationis adultorum.

Articulus 8.

Utrum fides sit certior scientia et aliis virtutibus intellectualibus.

Opinia Divi Thomae hoc loco tribus propositionibus continetur:

1.^a est: fides ex parte causarum seu rationis assentiendi est certior scientia et aliis virtutibus intellectualibus lumine naturali com-

240. L. DE MOLINA, *Commentaria in primam Divi Thomae partem*, q. 1, a. 3, disp. 3, concl. 1.^a: ed. c., col. 46 B. Habla sólo del hábito de la fe no del acto, que es «unius speciei infusae in omnibus fidelibus et in singulis unus dumtaxat numero».

241. *Id.*, *Expositiones in III. divi Thomae*, q. 67, a. 3: cod. f. 226r.

242. *Id.*, *ib.*, q. 82, a. 4: cod. c., f. 203v-207r.

243. *Concilium Tridentinum*, sess. 6, c. 5 et 8: DS²² 1526, 1532.

paratis. Probatur, quia innititur tamquam rationi assentiendi divinae revelationi, quae certior est scientia, plusque repugnat ei subesse [f. 172r] falsum quam sit quodcumque medium aut ratio assentiendi lumine naturali.

2.^a Ex parte subiecti seu eius qui assentitur minus certa est fides quam scientia et aliae virtutes intellectuales. Probatur, quia ex parte subiecti illa cognitio dicitur certior qua cognoscens plenius assequitur obiectum; sed per scientiam et alias virtutes intellectuales plenius homo assequitur et penetrat infallibilitatem obiecti quam per fidem, eo quod obiectum fidei sit supra intellectum hominis, obiecta vero aliarum virtutum intellectualium minime; ergo ex parte subiecti minus certa est fides quam aliae virtutes intellectuales.

3.^a est: fides est certior scientia et aliis virtutibus intellectualibus; secundum quid vero et quoad nos aliae virtutes intellectuales sunt certiores fide. Probatur, quia unumquodque iudicatum simpliciter est ex sua causa; secundum quid vero ex dispositione subiecti, quacum fides ex parte causae et rationis assentiendi sit certior, sit ut simpliciter sit certior.

Durandus in 3, d. 23, q. 7²⁴⁴, arbitratur scientiam secundum se et absolute esse certiozem fide, tametsi admittat aliquod obiectum fidei, puta Deum esse trinum et unum in se esse certius quam obiectum alicuius scientiae. Et argumentatur adversus D. Thomam, primo quia licet distinctio illa decertius [sic] aut notius secundum se et quoad nos locum possit habere in obiectis, puta quod aliquod obiectum in se sit certius aut notius, non vero quoad nos ad modum loquendi Aristotelis, 2 Metaphysicorum²⁴⁵, non tamen potest habere locum in habitibus atque actibus cognoscendi; et ratio, inquit, est quia habitus est dispositio habentis, et actus est perfectio eiusdem per comparisonem ad obiectum, et ob id habitus aut actus non dicitur certior, nisi per quem obiectum sit certius habenti tametsi dici possit nobilior per compara-

244. DURANDUS, *Commentariorum Libri IIII*. In 3, d. 23, q. 7, n. 7 et 8. ed. 2, f. 253r b.

245. ARISTOTELES, *Metaphysice*, t. 2, l. 1: Aristoteles latinus, 35/1-1.^a [Translatio Jacobi], Bruselas-Paris, 1970, p. 30, 25/2. Leiden, 1976, p. 36. Ed. n. nota 226), t. 4, p. 295.

tionem ad obiectum. Quare si scientia certior est nobis quam fides, utique secundum se et [f. 172v] absolute est etiam certior.

2.^o Aristoteles in principio librorum *De anima*²⁴⁶ distinguit nobilitatem scientiae in nobilitatem quae est secundum certitudinem, et in illam quae est ex nobilitate obiecti. Quod si propter certitudinem obiecti secundum se scientia esset certior secundum se, cum semper quo obiectum est nobilius eo sit certius secundum se, scientia quo nobilior est propter obiectum, eo esset certior, ac prinde nulla esset distinctio Aristotelis quod quaedam scientiae sint nobiliores quoad certitudinem, et quaedam quoad obiectum, cum omnis quae nobilior esset quoad obiectum eo ipso esset certior. Fit ergo ut habitus aut actus non sit certior certitudine obiecti secundum se, sed tam certus sit in se quam certum facit habentem

3.^o probat suam sententiam, quia illud secundum se est certius extensive quod habet plures modos certitudinis; sed scientia et eius actus habent certitudinem evidentiae et certitudinem adhaesionis, fides vero solum habet certitudinem adhaesionis; ergo scientia est secundum se certior fide saltem extensive.

4.^o probat quod etiam intensive, quia illud est certius quod dubitationi est impermixtum; sed scientia nullam dubitationem potest habere permixtam, fides autem aliquem modum dubitationis potest habere permixtum etiam salva fide; ergo scientia est certior intensive; certior est scientia beatorum quam fides credentium, non ex parte obiecti, quandoquidem utroque est idem, sed solum ratione diversi modi quo tendit intellectus in Deum visum et in Deum creditum. ergo in via certior erit scientia quam habemus de Deo quod sit aut quod sit unus quam fides qua hoc ipsum creditur aut qua creditur Deum esse trinum, idque propter certiozem modum quo tendit intellectus per scientiam quam per fidem.

[f. 173r] Ut in hac materia dicam quod sentio, videndum est prius, quid nomine certitudinis intelligatur? Multi de quorum numero sunt Sulus, 2.^o Posteriorum, q. 8. conclusione 2^{da}; D. Tho-

246. *Ip. De anima*, l. 1, c. 1, n. 1: ed. c. (Mauro), t. 4, p. 3.

247. D. Soto. In *Disiecticem Aristotelis commentarii*, Posteriorum primus, q. 8. secunda conclusio: Salamancae, 1564, f. 128r a.

mas in 3, d. 23, q. 2, art. 2, q. 3²⁴⁰; Hispalensis, d. 24, q. 1²⁴¹; et Vega, libro 9 super concilium Tridentinum, cap. 39²⁴²; existimant certitudinem significare firmitatem et adhaesivem intellectus pulsa formidine seu suspicione ne oppositum sit verum; et Sotus, loco citato²⁴³, ait assensum certum posse esse falsum, unde, inquit, haec consequentia nulla est: hic assensus est certus, ergo verus. Puta tamen nomine certitudinis non id significare, sed infallibilitatem, ita quod idem sit certum quod infallibile, et certa cognitio quod infallibilis cognitio; quia tamen quando quis ita firmiter adhaeret uni parti ut omnem pellat formidinem et suspensionem ne forte oppositum sit verum, credit existimationem esse infallibilem, aut infallibilitate mathematica aut morali vel physica, inde provenit quod qui ita adhaeret uni contradictionis dicat se esse certum circa illam aut certitudine omnimoda, qualis est quae cernitur in Mathematicis, aut morali vel physica. Quod vero certitudo proprie loquendo non sit firmitas adhaesivis intellectus, non aliunde probat Durandus, loco citato²⁴⁴ (tametsi non explicet quid sit) nisi quia certitudo non stat cum falsitate; haeretici autem ita firmiter adhaerere possunt suis erroribus ac multi catholici adhaerent his quae sunt fidei. Et certe, quidquid Sotus dicat, absurdum est affirmare assensum falsum esse certum, et qui deprehenderet assensum in quo antea erat firmum errorem esse, certe non audeat dicere assensum illum fuisse antea certum, sed habitum esse a se tanquam certum, cum tamen non certus sed fallax fuerit.

Hic praehabitis sit prima conclusio: Fides catholica ex sua natura certior est in se propter rationem credendi cui innitur suapte natura quam quaevis scientia aut virtus (f. 173v) alia intellectualis lumine naturali comparata. Probatur conclusio, quia illud est certius suapte natura quod suapte natura est infallibilis, quandoquidem certitudo et infallibilitas idem sunt, ut manet explicatum; sed fides catholica cum suapte natura innitur divinae revelationi

240. THOMAS AQUINAS, *Commentum in tertium librum Sententiarum*, d. 23, q. 2, a. 2, questio. 3, sol. 3: Opera omnia. Vivès, t. 9. Paris, 1873, p. 358 b.

241. D. DE DEZA, *Novarum defensionum doctrinae angelici doctoris beati Thomae de Aquino super tertio libro Sententiarum quaestiones profundissimae...*, d. 24 et 25, a. 3, Quinto Notandum est: Sevilla, 1517, f. 100v-101r.

242. A DE VEGA, *De iustificatione doctrina universa*, l. 9, c. 2: Colonia, 1572, p. 306 a. Las palabras de Vega, son: «Certitudo firmitas quaedam est, qua virtus cognoscitiva perinde suo cognoscibili adhaeret, ac si illud coram cerneret.»

243. Véase la nota 244.

tanto ex hoc capite infallibilior est ex sua natura quacumque scientia aut virtute intellectuali, quanto plus repugnat divinae revelationi fallere quam repugnet fallere rationes assentiendi creatas desumptas ab ipsismet creaturis; ergo certior est in se suapte natura propter rationem credendi cui innititur quam quacumquae scientia aut virtus alia intellectualis.

Dixi in conclusione fidem catholicam ex sua natura esse certioram in se propter rationem credendi cui innititur suapte natura, quoniam fides qua haereticus assentitur articulis, in quibus non errat, quia suapte natura non habet quod innitatur divinae revelationi, sed ei accidit spectata ipsius materia utique a sua natura qua est talis cognitio non habet quod sit certa, sed per accidens est certa et infallibilis, quia accidit ei, eo quod in se sit fides humana et non divina, innitit divinae revelationi. Exemplum habemus in opinione qua quis assentitur obiecto necessario et per medium necessarium, cognitum non ut necessarium. Sicut enim talis cognitio non ex sua natura est infallibilis, tametsi et medium sit in se necessarium et obiectum etiam, idque propterea quod a sua natura non vendicat sibi tale obiectum et tale medium, quando potius si per impossibile idem numero obiectum et medium non esset in se necessarium sed contingens, adhuc cognitio retineret suam naturam. Itaque fides haeretici quia de se eo quod sit fides humana non vendicat sibi rationem credendi esse auctoritatem divinam quin potius si per impossibile [f. 174r] ratio credendi cui innititur (quae re vera est revelatio divina) manens eadem numero, non esset revelatio divina, ut de praedicatione Christi et Apostolorum credunt Iudaei, adhuc fides haeretici esset eadem quae modo est, quod non cernitur in fide catholica. Si enim doctrina Christi et Apostolorum non esset revelatio divina, fides qua ei assentimur alterius rationis et speciei esset ad ea qua ei modo assentimur. Quare fides haeretici a sua natura non est impossibilis, sed ei accidit infallibilitas ex divina revelatione, cui per accidens innititur, perinde atque opinioni de obiecto et medio necessario cognito, non ut tali, accidit esse infallibilem ex medio et non ex se.

2.^a conclusio. Fides catholica nobis ad hunc sensum non est certior scientia, quod ipsius certitudinem et infallibilitatem non ita penetramus ac conspiciamus, ut penetramus certitudinem et infallibilitatem scientiae. Evidentia namque est qua penetramus

et conspiciamus certitudinem et infallibilitatem cognitionis, ac proinde evidentia est quae cognitionem certam et infallibilem in se facit certam nobis certitudine simpliciter; certitudinem vero non simpliciter, sed moralem faciunt nobis urgentissimae rationes infra evidentiam, idve quod vehementissime inclinât intellectum ad assensum. Quare cum per fidem catholicam nullam habeamus evidentiam, scientia autem evidens nobis sit, fit ut scientia ad sensum explicatum certior sit nobis fides catholica.

3.^a conclusio. Firmius adhaerere possumus et adhaeremus ex parte nostra iis quae sunt fidei quam his de quibus habemus scientiam. Haec est Vegae et Soti, locis citatis²⁵², licet aliis verbis. Illi namque putant certitudinem in adhaesione et firmitate intellectus consistere, dicuntque certitudinem fidei [f. 174v] esse maiorem certitudine evidentiae quae est in scientia, idque non tantum secundum se, sed etiam quoad nos ex parte intellectus et affectus nostri, quatenus firmius assentimur revelatis quam his quae experimur aut nobis sunt demonstrata. Multa enim quae seclusa fide putarem demonstrari aut esse evidentia in lumine naturali (ut quod quae sunt eadem realiter uni tertio singulari, sint eadem realiter inter se) negamus propter fidem quae aliud docet, et pe-racta consecratione assentimur propter fidem substantiam panis et vini non esse sub speciebus sacramentalibus, accidentiaque manere sine subiecto, cuius contrarium diceremus seclusa fide in-nixi experientiae sensus. Ratio vero conclusionis est quia firmitas in assentiendo pendet maxime ex voluntate supposita autem per-suasione quam habemus quod id quod docet fides Dei sit revelatio ex motivis ad credendum aut aliunde, intellectuque lumine natu-rall dictante certiozem esse Dei revelationem quacum ratione et motivo assentiendi industria humana comparato. Utique in po-terestate voluntatis est post habere rationes quae in oppositum se possunt offerre et firmius imperare assensum circa ea quae sunt fidei quam circa ea quae evidentia sunt in lumine naturali. Adde quod concursus habitus fidei et divinum auxilium adiuvant ad illam firmitatem.

Ad primum ergo Durandi negandum est distinctionem illam non posse etiam fieri in habitu et actu cognoscendi. Ex natura

252. Véase las notas 247 y 250.

enim sua actus aut habitus potest in se esse certus et infallibilis, cum tamen nobis ad hunc sensum non sit talis quod naturam et infallibilitatem illius non penetramus, ut explicatum est, neque quod habitus sit dispositio habentis et actus perfectio eiusdem per comparationem ad obiectum, impedit aut facit quod actus non sit certior in se quam faciat certum obiectum [f. 174b1sr] habentem talem actum ad sensum explicatum

Ad 2 negandum est semper quo nobilior est obiectum complexum eo esse certius; stat enim extrema complexionis esse nobiliora, et complexionem esse minus certam, eo quod non sit tanta necessitas cognitionis unius ad alterum et id satis est ut quaedam scientiae sint nobiliores propter evidentiam, et quaedam propter nobilitatem obiecti. Praeterea nos non dicimus fidem quae est minus certa nobis esse certioram secundum se propter certitudinem obiecti secundum se, quod saepe est contingens, sed propter certitudinem rationis assentiendi divinae videlicet revelationi et propter certitudinem quam cognitio ipsa habet suapte natura ad sensum explicatum in hoc articulo et articulo 5. Durandus veru supponit nos affirmare fidem esse certioram secundum se propter certitudinem obiecti praecise. Adde quod esto quo scientia esset nobilioris obiecti eo esset certior secundum se, adhuc distinctio Aristotelis est bona; perinde enim esset ac si diceret: nobilitas scientiae attenditur vel penes certitudinem et exactiorem quam habet in ordine ad nos vel penes certitudinem quam habet secundum se propter certitudinem et nobilitatem obiecti.

Ad 3 dicendum est neque evidentiam esse certitudinem sed esse id ratione cuius innotescit cognoscenti certitudo et infallibilitas cognitionis, neque adhaesionem (ut ostensum est) esse certitudinem, et praeterea maiore adhaesione esse posse in fide quam in scientia. Adde quod si argumentum aliquid probat, solum est scientiam ad hunc sensum esse certioram fidei extensiva, quod scientia est certa et secundum se et quoad nos, fides vero solum est certa secundum se: quod nullum est inconveniens admittere.

Ad 4 dicendum est quod cum dubitatio sit ex parte cognoscentis, illud est certius non secundum se sed cognoscenti, quod [f.

u. En el manuscrito, a continuación, *scientiam secundum se*, tachado.

v. MS: *revelationis*.

174v bis) dubitationi est impernustius. Unde argumentum solum probat scientiam esse certiore[m] cognoscenti quam sit fides, non vero esse certiore[m] secundum se.

Ad 5, admissa maiori, ad minorem dicendum est non provenire solum ex parte modi tendendi quoad hoc quod est evidenter tendere, sed etiam ex parte rationis tendendi, quae est ipsamet essentia divina concurrens in ratione speciei intelligibilis aut certe provenire ex eo quod veritas lapsa prima, essentia videlicet divina conspicitur in se ipsa, et non per aliam rationem obiectivam cognoscendi. Unde neganda est consequentia quae ulterius inferitur: et ratio est quia in via scimus Deum esse et Deum esse unum per creaturas tamquam per rationem obiectivam et medium essendi; quae ratio assentiendi non est tam infallibilis quam est divina revelatio, cui innititur fides catholica.

QUAESTIO 5.

Articulus I.

Utrum in angelis dum fuerunt in via
et in primis parentibus ante peccatum fuerit fides?

Prima parte, q. 62, art. 3^o ostendimus probabilius et consonantius dictis sanctorum esse angelos et primos parentes conditos a Deo fuisse in gratia. Et quod primi parentes eam habuerint ante peccatum, inter alia ostendimus ex illo concilii Tridentini, sess. 5, can. 1^o²⁴: Si quis non confitetur primum hominem Adam cum mandatum Dei in paradiso fulset transgressus, statim sanctitatem et iustitiam in qua constitutus fuerat amisisse, anathema sit. Atque ex illo canone 2^o, sequente²⁵: Si quis Adae praevaricationem sibi soli et non eius propagni asserit nocuisse, et acceptam a Deo sanctitatem et iustitiam, quam perdidit, sibi soli et non no-

x MS: sess. 5, § 2.

y. MS: § 3 sequente.

253. L. DE MOLINA, *Commentaria in primam divi Thome partem* q. 62, B. 3: ed. c., col. 1904-1911.

254. Concilium Tridentinum, sess. 5, can. 1: DS² 1311.

255. Id., ib., can. 2: ib. 1512.

bis etiam eum perdidisse, anathema sit [f. 175r]. Illis ergo suppositis, conclusio Divi Thomae hoc loco est: Angelos omnes dum fuerant in via, et primos parentes in statu innocentiae ante peccatum habuisse fidem infusam. Probat, quia *sine fide impossibile est placere Deo, et accedentem ad Deum oportet credere quia est, et inquirentium se remunerator sit*²⁵⁶. Quare cum neque angeli neque homines lumine naturali assequi potuerint ipsis esse praeparatum praemium ad quod conditi sunt, ut 1 p., q. 1, art. 1^o ostensum est, fit ut id per revelationem atque per fidem cognoverint. Et confirmatur, quia *charitas fidem supponit ad sensum explicatum quaestione praecedenti, art. 7^o, quae substantia dicitur rerum sperandarum*²⁵⁷ propterea quod fundamentum sit esse supernaturalis quo creatura rationalis ex parte intellectus et voluntatis disponitur accommodate et proportionate ad beatitudinem dum est in via. Unde Paulus ad Gal. 5^o: per fidem, inquit, ambulamus ad Deum. Et confirmatur in homine fuisse fidem ante peccatum, quia ex Scripturis constat ante peccatum aliqua illi fuisse revelata a Deo, quale fuit illud Gen. 2^o: *In quacumque die comederis ex eo, morte morieris*. Addit D. Thomas (licet non clare), in ultima parte corporis articuli, quod cum multa cognoverint evidenter angeli et primi parentes in eo statu de Deo, ut quod Deus sit, quod sit unus, etc. evidentia autem repugnat actui proprio fidei, fit ut licet horum habuerint revelationem non tamen habuerint actum fidei; habuerunt nihilominus cognitionem eorum supernaturalem proportionatam beatitudini ex concursu habitus fidei, quemadmodum est in philosopho christiano et ob id revelata sunt eis a Deo simul cum aliis circa quae non habuerant evidentiam.

Durandus licet admittat Angelos cunctos fuisse in gratia [f. 175v], ut 1 p. visum est²⁵⁸, negat tamen in 3, d. 23, q. 9^o eos

256. Heb 11, 6.

257. L. DE MOLINA, *Commentaria in primam divi Thomae partem*, q. 1, a. 1: ed. c., col. 5s. Habla de que el conocimiento del fin es necesario ad salutem y que este conocimiento excedit facultatem intellectus solo lumine naturali Illustrati.

258. Véase la pág. 119.

259. Heb 11, 1.

260. 2 Cor 6, 7.

261. Gn 2, 17.

262. L. DE MOLINA, *Commentaria in primam divi Thomae partem*, q. 62, a. 3: ed. c., col. 1806 A.

263. DURANDUS, *Commentariorum libri III*, in 3, d. 23, q. 9, n. 105s; ed. c. f. 258r b.

habuisse actum fidei; et argumentatur in hunc modum: actus fidei et evidentiæ de eodem obiecto esse nequeunt simul in eodem subiecto; sed angeli de quacumque re ipsis revelata a Deo habuissent evidentiæ; ergo non poterant habere actum fidei. Maior et consequentia patent, et minorem probat, quia facta, v. g. ipsis revelatione a Deo quod sit trinus in personis, esset illis evidens Deum esse trinum in personis. Nam, inquit, recte sequitur omne revelatum a Deo esse verum; hoc est mihi revelatum a Deo: ergo hoc est verum. Maior est evidens, et minor similiter esset evidens angelo, cui a Deo facta esset talis revelatio quandoquidem evidenter cognosceret eum qui revelaret non esse hominem, quem evidenter cognoscebat nondum esse creatum neque esse alium angelum, quia quisvis angelus et operationes illius in ipsum sunt evidentes alteri angelo, ergo a sufficiente enumeratione evidenter cognoscere esse Deum. Cum ergo cognita evidenter maiori et minori et bonitate consequentiæ, evidenter cognoscatur conclusio fit ut Angelus de quacumque re revelata sibi a Deo haberet evidentiæ quod ita esset.

Caletanus²⁶⁴, hoc loco, admittit Durando quod angelus evidenter cognosceret quidquid illi Deus revelaret, non tamen evidentiæ qua penetraret conclusionem in se ipsa esse veram, sed præcise quatenus deducitur ex præmissis; huiusmodi autem evidentiæ dicit non impedire fidem de eodem obiecto, sed eam solam qua obiectum in se ipso penetratur esse verum. Hoc est quod dicere videtur Caletanus. Negari namque non potest hoc modo cum infinitum esset evidens id quod consequentiæ evidenti atque maiori evidenter cognitæ deducitur.

Cæterum opinio hæc Caietani non placet. Præter ea [c. 178r] enim quæ q. I, art. 4, disp. 2^æ, dicta sunt, certe in Mathematica scientia non maior evidentiæ requiritur conclusionis, quam quod evidenter cognoscatur vera, quatenus ex præmissis evidenter cognitæ cognoscitur evidenter deduci, ut v. g. cæto facta demonstratione non videam quomodo anguli trianguli sint in se æquales duobus rectis, et tamen evidenter cognoscam id esse verum neque posse aliter se habere, quatenus video evidenter deduci necessario

264. THOMAS A VIO, *Commentarii in III*; q. 5, a. 1: ed. Leonino, t. 8, p. 566.

265. Vénise *ArchTeol* Gran 41 (1978) 134ss.

ex praemissis necessariis atque evidenter cognitis, habeo scientiam mathematicam, quandoquidem cognitio illa ad aliquam speciem cognitionis pertinet, et non ad aliam quam ad scientiam, neque ad aliam scientiam quam ad Mathematicam; dicere autem cum evidentiā scientiā Mathematicae posse stare assensum fidei circa idem obiectum, plane nemo concedet qui affirmaret scientiam et fidem repugnare suapte natura circa idem obiectum. Praeterea de hac, *Deus est*, nullus philosophorum aliam habet evidentiā quam quatenus videt eam evidenter deducti ex his quae facta sunt. Caietanus autem ipse, et communis opinio Scholae, affirmat cum scientiā huiusmodi non posse esse fidem. Adde quod fides et scientia ab id repugnant in eodem subiecto circa idem obiectum quod actus fidei a sua natura et specie est inevidens, et quoties adest medium demonstrativum circa idem obiectum intellectu conante efficere assensum circa obiectum propter autoritatem revelantis concurrat simul medium demonstrativum quod memoria retinetur et tollit inevidentiā ab actu atque ob id facit ut actus non sit fidel, sed scientia, ut I. 2. q. 67, art. 3 ostensum est²⁶⁴. Ergo quodcumque medium evidens fuerit in intellectu ex quo evidenter deducatur conclusio, idem esset circa eandem conclusionem, ac proinde impediret quod produceretur actus fidei. Nullo ergo pacto fieri potest ut simul sit evidentiā et assensus fidei circa eandem conclusionem undecumque evidentiā illa perveniat.

[f. 176v] Ad argumentum ergo Durandi negandum est maiorem illam, hoc est mihi revelatum a Deo, esse evidentiā angelis. Et ad probationem dicendum est quod non esset evidens angelis revelationem ipsis immisam non esse ab aliqua creatura ipsis ignota, quam Deus de sua potentia absoluta posset creare, et quae posset fallere. Cum enim non comprehenderent divinam potentiam et ignorarent an aliqua creatura esset factibilis a Deo quae ipsis esset incognita et quae talem cognitionem in ipsis posset causare. Unde inevidens erat illis revelationem esse a Deo, tametsi firmerentur interius revelationem esse a Deo, quemadmodum superius diximus Prophetas interius a Deo firmari.

264. I. DE MOLINA, *Expositiones in III dicit Thomae*, q. 67 a. 3, 4 et 5: cod. c. (nota 72), f. 223v-224r.

Articulus 2.

Utrum in demonibus et hominibus damnatis sit fides?

Durandus, in 3, d. 23, q. 9^m affirmat in damnatis hominibus qui usque ad terminum vitae habuerunt fidem infusam, tum etiam in demonibus si ante peccatum habuerunt habitum fidei infusae, manere eundem habitum quem in via habuerunt. Et probat id, quia habitus fidei non amittitur nisi per peccatum infidelitatis, quod neque in hominibus illis, neque in demonibus fuit, dum fuerunt in via. Et confirmatur, quia demones credunt et contremiscunt, ut habetur Iacobi 2^o; et cum tam ipsi quam homines damnati credant obiecta supernaturalia, ut Deum esse trinum in personis, Filium Dei sumpsisse carnem humanam et redemisse genus humanum, atque beatitudinem fuisse ipsis paratam, quam suis peccatis amiserant (quae cognitio facit ad maiorem poenam et afflictionem ipsorum); huiusmodi autem obiecta non aliter quam per fidem [l. 177r] possunt credere, fit ut habeant habitum fidei supernaturalis.

Contraria tamen sententia quod scilicet in nullo damnatorum sive homo sit sive angelus maneat habitus fidei infusae affirmanda est cum Caetano^o, hoc loco, et communi Doctorum sententia. Fides namque proprium donum est viatorum quod conservatur in eis, quandiu ipsi a vera fide et gremio Ecclesiae per infidelitatem nolunt discedere, idque tamquam fundamentum rerum sperandum, quo incorporantur partes quae sunt Ecclesiae universalis, ut q. 1, art. 10, disp. 2^o visum est. Conservatur praeterea in iustis extra viam dum perfecte non sunt in termino, ut in his qui sunt in purgatorio; et in sanctis patribus conservabatur ante mortem Christi dum erant in limbo. At sicut in iustis adveniente termino ultimato, hoc est, visione beatifica, desinit fides, ita in damnatis statim ac praescinduntur ab Ecclesia et separantur in infernum, spoliantur omnibus virtutibus supernaturalibus tanquam

367. DURANDUS, *Commentationum Libri III*. in 3, d. 23, q. 9, n. 8s: ed. c., f. 258r b.

368. *Sant* 2, 19.

369. THOMAS A VIO, *Commentarii in II*.. q. 5, a. 2: ed. Leontina, t. 3, p. 57.

270. *Véase ArchTeolGran* 41 (1978) 161-177.

indigni, idque fit Deo subtrahente influxum quo eas infundebat et conservabat. Et singulariter videntur spoliari fide qua partes erant Ecclesiae a qua praescinduntur, et quae fundamentum erat rerum sperandarum a quibus etiam omnino excluduntur. Fit ergo ut fides infusa non sit in damnatis. Et confirmatur, quia fides infusa in damnatis esset otiosa quandoquidem licet assensum praebeant aliquibus revelatis non moventur tamen ad assentiendum auctoritate divina, sed ab evidentia signorum aut a vehementia affectuum atque motivorum quae vident quaeque eos non sinunt dubitare de his quae sunt fidei. Item tam prave affecti sunt ad Deum et ad ea quae sunt fidei, ut parati sint et cupiant illis discredere nisi convincerentur motivis [J. 177v] quae habent ad credendum. Cum autem ex parte affectus non minus peccent peccato infidelitatis quam fides crederent [sic], ut hic ad 3 ait D. Thomas, fit ut in eis non sit fides infusa habitualis.

Ad argumentum ergo Durandi dicendum est quod licet in via fides habitualis non amittatur nisi per peccatum infidelitatis, eo quod in via non praescinduntur viatores ab Ecclesia ad quam pertinent ratione fidei, nisi ipsi sua sponte velint illam relinquere sintque in statu in quo consequi possunt quae speramus, ad quae fides se habet tamquam fundamentum, attamen quando finita via separantur in infernum auferitur ab eis fides tamquam omnino indignis et omnino exclusis ab Ecclesia et a rebus quas sperabant. Adde quod, ut dictum est, in affectu damnati peccant peccato infidelitatis. Ad confirmationem, dicendum est Iacobum intelligendum esse de credere pro eo quod est assentiri iis quae sunt fidei quorumque modo. Neque refert objecta esse supernaturalia ad hoc ut supposita revelatione facta per Christum, Apostolos et Prophetas, damnati ex his quae experiuntur convincantur, ut illis assensum praebeant absque habitu infuso et actu supernaturali, quando quidem haeretici in via sine habitu infuso quibusdam eorum de facto assentiuntur per actum naturalem.

Articulus 3.

Utrum qui discredet uni articulo fidei possit habere fidem infusam informem circa reliquos?

Durandus, in 3. d. 23. q. 9^{na} arbitratur in eo qui errat pertinaciter circa unum articulum manere fidem infusam informem circa alios, circa quos non errat. Et probat id, primo, quia in scientiis acquisitis error circa unam conclusionem non tollit scientiam neque actualem neque habituales circa alia; ergo pari ratione in fide [c. 178r] error pertinax atque haeresis circa unam conclusionem non tollit fidem infusam circa alias.

2.^o Haereticus qui negat unum dumtaxat articulum aequè promptus se sentit ad assentiendum aliis, circa quos non errat, ac se sentiebat antea; ergo manet in eo fides infusa circa illos quae antea erat.

3.^o Possumus ita argumentari: qui committit unum actum intemperantiae non continuo amittit habitum temperantiae* quem ante habebat; ergo pari ratione qui discredet unum articulum non continuo amittit totam fidem infusam quam circa illum et alios habebat.

Sententia haec non solum est contra communem Doctorum, Divi Thomae videlicet et Caietani, hoc loco, Scoti²⁷² in 3. d. 23 q. 1, paragrapho primo, Gabriellis²⁷³, ibidem, q. 2, dub. 2. Hispanensis, eadem distinctione²⁷⁴ et quaestione, art. 1, conclusione 3. Soti, 2⁷⁵ de natura et gratia, cap. 7; et plurimum aliorum; sed etiam est parum tota in fide, ne amplius dicam. Inde enim sequeretur in omni haeretico manere fidem catholicam infusam, quanti-

*. M^s: intemperantiae.

271. DURANDUS, O. P., in 3. d. 23. q. 9. n. 8; ed. c., f. 256r u.

272. I. D. SCOTUS, *Quaestiones in Ar^{ist}otelicum tertium Sententiarum*, d. 23, q. un.; ed. c., p. 7 b.

273. GABRIEL BIEL, *Epithome et Collectorium in quatuor Sententiarum libris*, in 3. d. 23. q. 2, dub. 2: Lyon, 1514, s/f.

274. D. DE DEZA, O. P., *Novarum deffensionum doctrinae angelici doctoris beati Thomae de Aquino super tertio libro Sententiarum quaestiones profundissimae...*, d. 23. n. 1: Sevilla, 1517, f. 91v b: «Tertia conclusio est quod homo aliquem articulum fidei pertinaciter discredens non habet habitum fidei infuse. Hanc conclusionem tenet S. Thomas, 2.^o 2.^{ae}, q. 5.^a, articulo 3.^o Item Quodlibet. 6.^o, articulo 6.^o»

275. D. SOTO, *De natura et gratia*, l. 2, c. 7: ed. c., f. 122v.

doquidem nullus est haereticus qui neget omnes articulos fidei; si namque omnes negaret, iam non haereticus sed apostata esset, ut inferius videbimus; dicere autem in omnibus haereticis manere fidem catholicam infusam plus quam durum est. Cum enim ratione fidei homo ad Ecclesiam pertineat sitque membrum eius, sequeretur haereticos esse intra Ecclesiam, cuius contrarium docet Augustinus, cap. Firmissime²⁷⁶, extra de haereticis, et colligitur ex extravagante Unam Sanctam²⁷⁷, de maiestate et obedientia. Praeterea in concilio Tridentino, sess. 6, cap. 15²⁷⁸ ita definitur: asserendum esse non modo infidelitate per quam et ipsa fides amittitur, sed etiam quocumque alio peccato mortali quamvis non amittatur fides acceptam iustificationis gratiam amitti. Atque idem definitur canone 28²⁷⁹ [f. 178v]. Cum ergo pertinax error circa unum articulum infidelitas sit, fit ut per illum fides habitualis infusa de qua ibi est sermo amittatur. Et confirmatur, quia in uno homine non sunt plures habitus fidei infusae, sed unus simplicissimus non secundum aliquam sui partem inclinans ad unum articulum et secundum aliam ad alium, sed secundum sui inclinans primo ad revelationem in communi et secundario ad hoc et illud; ergo amitti nequit fides habitualis circa unum articulum quin amittatur circa omnes. Cum ergo Durandus affirmet quodlibet peccato infidelitatis amitti fidem habituales circa articulum circa quem quis tali peccato pertinaciter errat, fit ut admittere teneatur amitti circa omnes.

D. Thomas, hoc loco, hac ratione probat amitti prorsus fidem quocumque errore pertinaci circa unum articulum, quia ablata^a ratione formali obiecti habitus remanere non potest, species habitus; sed ratio formalis obiecti est divina revelatio prout proponitur et tenetur ab Ecclesia; qui ergo alicui eorum quae ut revelata proponit Ecclesiae discredat posthabita autoritate Ecclesiae, iam reliqua non iam propter revelationem divinam ut proponitur ab Ecclesia quam proprio iudicio credit, ac proinde non habet circa ea fidem catholicam, sed humanam et acquisitam. Haec tamen

a. MS: oblata.

276. C.I.C., c. 3, X, de haereticis, V. 7: Friedberg, 2, 778.

277. C.I.C., *Extravagantes communes*, l. 1, tit. 8: de maiestate et obedientia, c. 1^o ed. Friedberg, 2, 1245.

278. Concilium Tridentinum, sess. 6, c. 15: DS² 1544.

279. *Id. ib.*, can. 28. 1b., 1578.

ratio Divi Thomae potius probat de actu quam habitu; habitus enim secundum se inclinatur ad revelatum etiam antequam subiectum in quo est apprehendat obiectum atque rationem credendi, ut patet in dormiente et in pueris baptizatis antequam perveniant ad usum rationis, quare non pendet quoad hoc ab existimatione credentis circa obiectum. Praeterea quemadmodum in scientiis aliud est medium et ratio assentiendi uni conclusioni, et aliud alteri. Ita in fide alia revelatio aut pars revelationis est qua Deus revelavit unum articulum, et alia qua revelavit alium; atque alia propositio Ecclesiae aut pars totalis propositionis est qua proponit unum articulum et alia qua proponit alium, neque propositio Ecclesiae est formale obiecti fidei, sed conditio et regula quam sequi debemus qui non audivimus praedicationem [f. 179r] Christi in discernendis revelatis a non revelatis, ut q. 1, art. 2^o, ostensum est. Sicut ergo in scientiis errando circa unum medium et non circa aliud aut alia, error unius conclusionis non pugnat cum scientia circa alias, ita in fide ex parte erroris circa rationem assentiendi uni articulo, non videtur efficaciter colligi errorem circa unum articulum non stare cum fide vel actuali vel habituali circa alios. Et ideo, potissima ratio quare cum errore circa unum articulum non stat fides supernaturalis circa alios non est repugnantia in genere entis erroris circa unum articulum cum fide habituali infusa circa illum aut alios, quia ut patet ex dictis 1. 2., q. 68, art. 3^o virtutes infusae non contrariantur actibus aut habitibus naturalibus neque ab eis corrumpuntur modo naturali. Quare cum error et dissensus circa unum articulum sit actus pure naturalis, non opponitur fidei infusae, neque eam corrumpit naturali modo, sed acquisitam duntaxat circa eundem articulum. Si ergo corrumpit fidem infusam solum est demeritorie. Deo propter demeritum suspendente influxum quo causabat et conservabat habitum fidei infusum. Quia ergo eadem est prorsus fides habitualis circa omnes articulos, et qui pertinaciter errat circa unum atque deserit fidem dignus est a quo fides infusa auferatur non solum circa illum (quo tamen satis esset ut ablata circa alium maneret ablata circa alios propter identitatem fidei circa omnes)

280. L. DE MOLINA, *Annotationes in III. beati Thomae*, q. 1, a. 1 et 2, disp. 1 et 2: ArchTeolGran 33 (1976): 235-251.

281. L. DE MOLINA, *Expositiones in III.*, q. 68, a. 1: cod. c. (vide nota 72), f. 209r: «Quo adverte: alterum est virtutem moralem infusam non contrariari vitis acquisitis circa eandem materiam et subinde posse esse simul cum illis in eodem subiecto...»

sed etiam circa alios, fit ut eam omnino amittat demeritorie, Deo propter peccatum illud subtrahente influxum quo illam infundebat.

Illud hic est advertendum: non quodcumque peccatum mortale contra virtutem aut praeceptum fidei sufficere ut amittatur fides, sed solum illud in quo cernitur pertinacia ad sensum explicandum inferius in materia de haeresi. Si enim [c. 179v] quis tenens videlicet quod tenet Ecclesia paratusque sequi in omnibus iudicium Ecclesiae, in particulari cum ignorantia crassa quae non exuset a culpa mortali, discredat aliquem articulum iuxta communem omnium sententiam, non amittit fidem neque censetur haereticus, esto peccet contra virtutem et praeceptum fidei. Et ratio est, quia in eo non est pertinacia ad sensum inferius explicandum. Simili modo, meo tenui iudicio, qui interius non deserit fidem, et exterius omittit confessionem tempore quo iuxta ea quae q. 3 art. 2^o dicta sunt, tenetur sub reatu peccati mortalis fidem confiteri, aut etiam exterius eam negat, non amittit^b habitum fidei, esto peccet contra praeceptum fidei, quia ad amissionem habitus fidei et requiritur quod discredat interius et quod id fiat cum pertinacia.

Dubium est utrum qui cum pertinacia dubius est in fide amittat habitum fidei? Gabriel in 3, d. 23, q. 2, dub. 2^o, respondet affirmative, et Canus, 12 de locis, cap. 9 ad 4^o, hoc ipsum reputat valde probabile, neque displicet eorum sententia. Haec tamen omnia dilucidiora reddentur ex dicendis in materia de haeresi.

Ad I ergo Durandi admissio antecedente neganda est consequentia, quia ut dictum est, fides secundum idem sui inclinatur ad omnia quae sunt fidei, et ob id amitti non potest habitus quoad unum articulum quin amittatur quoad omnes; quod non cernitur in scientia.

b. MS: omittit.

202. Véanse las págs. 102-108.

203. GABRIEL ETTE, *o.c.*, in 3, d. 23, q. 2, dub. 2: ed. v., s. f.

204. M. CANUS, *De locis*, l. 12, c. 8 ad 4: ed. v., 2, 202.

Ad 2 negandum est antecedens; aliquid enim promptitudinis amittit, illud scilicet quod erat ab habitu supernaturali non tamen huiusmodi promptitudo quae est ab habitu supernaturali multum sentitur, propter ea quae l. 2, q. 63, art. 3^{mo} dicta sunt. Eadem etiam l. 2, q. 51, art. 4^{mo} explicavimus, unde huiusmodi homo se adhuc proptum sentire queat.

Ad 3 neganda est consequentia, quia temperantia est habitus acquisitus, qui per contrarios actus et habitum [f. 180r] amittitur; ut vero non acquiritur in eo actu ita neque amittitur suapte natura unico actu. Fides vero catholica amittitur demeritorie ad quod satis est unus actus interior cum pertinacia.

Articulus 4.

Utrum fides possit esse maior in uno quam in alio?

Fides habitualis potest esse maior intensive in uno quam in alio; quoad actum vero potest etiam esse maior intensive propter conatum maiorem intellectus et imperium voluntatis, illustrationem et adiutorium divinum, concursum habitus interioris ac plurium motivorum concurrentium ad credendum. Potest etiam maior esse in uno quam in alio extensive quoad plura obiecta explicite credita.

QUAESTIO 6.

Articuli 1 et 2.

Utrum fides etiam informis sit donum Dei.

Fidem habitualementem, quam l. 2, q. 62, art. 3^{mo} ostendimus Deum nobis infundere, nullus est qui dubitet donum Dei esse supernaturale, quod nostris viribus non possumus comparare. Illud praeterea manere posse informe et sine charitate visum est in superioribus. Quod vero attinet ad actum credendi, necesse est quod sit

285. L. DE MOLINA, *Expositiones in I. II.* q. 63, a. 1: En el código de Lisboa, esta cuestión tiene sólo un artículo. No hemos podido encontrar lo que en el texto afirma Molina.

286. *Id.*, *ib.*, q. 51, a. 4: cod. c., f. 178r-181r

287. *Id.*, *ib.*, q. 62, a. 3: cod. c., f. 202v-203v.

a Deo quoad revelationem credibilium quam praesupponit, idque non solum quia plura ex obiectis fidei sunt supernaturalia, quae aliter innotescere non potuerunt quam Deo aliquando illa revelante, sed etiam quia propria ratio obiectiva credendi fide catholica est divina revelatio, quae sublata ab obiecto actus credendi non erit actus fidei catholicae. Tota difficultas est quoad actum credendi atque assentiendi revelatis, utrum esse possit ex nostris tantum naturalibus cum solo concursu generali Dei, an vero sit supra vires [f. 180v] nostras indigeamusque ad illum eliciendum auxilio particulari Dei.

Sit vero prima conclusio. Credere non possumus ex nostris tantum naturalibus sicut oportet, ut iustificationis gratiam consequamur, sed ad id peculiari auxilio Dei indigemus. Haec est de fide; atque inter alios vide Canum, 2 de locis, cap. 8 ad 4³⁸³; Sotum, 2 de natura et gratia, cap. 8³⁸⁴; Driedonem, de captivitate et redemptione generis humani, tract. 4, cap. 2, p. 2, 4 et 5³⁸⁵, et de concordia liberi arbitrii et praedestinationis varis in locis; Vegam, de iustificatione et gratia, q. 9³⁸⁶. Et probatur ex illo Ioannis 6³⁸⁷: *Hoc est opus Dei ut credatis in eum quem misit ille*; et inferius³⁸⁸: *Nemo potest venire ad me nisi Pater qui misit me traxerit eum*; et loquitur de venire per fidem, ut patet ex antecedentibus. Et addit³⁸⁹: *omnis qui audit a Patre et didicit venit ad me*. Vide plura alia loca apud autores citatos. In Concilio Arausicano, canone 5³⁹⁰, ita diffinitur: "si quis sicut augmentum ita etiam initium fidei, ipsum credulitatis affectum quo in eum credimus, qui iustificat impium non per gratiae donum, id est, per inspirationem Spiritus

383. M. Cano, *De locis*, l. 2, c. 8 ad 4: ed. c., l. 56ss. *Lo* que prueba Cano es que la autoridad humana no es suficiente para creer, sed praeterea opus esse interiori causa efficiente, id est, Dei speciali auxilio moventis ad erendum.

384. D. Soto, *De natura et gratia*, l. 2, c. 8: ed. c., p. 123ss. Prueba largamente que fides etiam dum est informis, donum Dei est supernaturalis.

385. J. Driedon, *De captivitate et redemptione generis humani*, tr. 2, c. 2, p. 2, 5: ed. c. (nota 19), p. 254-263. 279-287.

De concordia liberi arbitrii et praedestinatione ed. c., f. 18r A: f. 21v C; f. 30v B. l. 32ra: f. 45r D; f. 46r A-B; f. 47v B-C; f. 49r C-D; f. 49v C-D; f. 51v B-C.

386. A. Vega, *De iustificatione doctrinae universae*, l. 2, c. 10: ed. c. (nota 16), p. 23 b.

387. Jn 6, 29.

388. Jn 6, 44.

389. Jn 6, 45.

390. Concilium Arausicanum, can. 5. DS² 375.

tus Sancti, sed naturaliter nobis inesse dicit, Apostolicis dogmatibus adversarius approbatur, beato Paulo dicente: confidimus quia qui coepit in vobis opus bonum, perficiet; et illud: vobis datum est pro Christo non solum ut in eo credalis, sed etiam ut pro illo patiamini, et gratia salvi estis per fidem non ex vobis. Dei enim donum est." Et canone 6 et 7^{mo} sequentibus diffinitur, nos neque credere sicut oportet et consentire praedicationi fidei, neque aliud bonum quod ad salutem pertineat vitae aeternae eligere posse absque inspiratione et illuminatione Spiritus Sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo. Augustinus, praeterea, lib. 1 de praedestinatione sanctorum, cap. 3 et lib. 1 Retractationum, cap. 21^{mo}, retractat errorem in quo [f. 181r] fuit antequam esset episcopus; arbitratur enim initium fidei, id est, credere ut oportet ad salutem esse in facultate solius liberi arbitrii cum concursu generali Dei audita praedicatione; id vero retractat, affirmans ad assensum fidei requiri peccatam concursum Dei. Novissime in concilio Tridentino sess. 6, cap. 5^{to} definitur exordium iustificationis in adultis a Dei praeviente gratia sumendum esse; et cap. 6^{to} ita habetur: "disponuntur ad ipsam iustitiam dum excitati divina gratia et adiuti, fidem ex auditu concipientes, libere moventur in Deum, credentes vera esse quae divinitus revelata et promissa sunt"; et canone 3^o ita diffinitur: "Si quis dixerit sine praeviente Spiritus Sancti inspiratione atque eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere aut poenitere posse sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit."

Illud vero est hoc loco advertendum huiusmodi adiutorium supernaturalis ad credendum non solum ex parte intellectus, sed etiam ex parte voluntatis ad amplectendum fidem et imperandum assensum intellectus requiri; immo potissimum Scripturas, con-

c. MS: id.

296. *Id.* en 6 et 7. *Id.*, 378s.

297. AUGUSTINUS, *De praedestinatione sanctorum*, l. 1, c. 3; PL 44, 964. *Retractationum*, l. 2, c. 27, 2s; CSEL 36, 131s. Puede verse, también, *De dono perseverantiae*, c. 20, n. 52; PL 45, 1026, donde dice: «Praedicando gratiam qua nos Deus liberat a malis [...] non praecedentibus bonis meritis nostris, faciens hoc secundum gratuitam misericordiam suam. Quod plenus sapere coepi in ea disputatione quam scripsi ad beatae memoriae Simplicianum, episcopum mediolanensis ecclesiae in mei episcopatus exordio, quando et initium fidei donum Dei esse cognovi et asserui.»

298. *Concilium Tridentinum*, sess. 6, c. 5; DS²² 1525.

299. *Id.*, c. 6; *ib.*, 1526.

300. *Id.*, ca. 3; *ib.*, 1553.

clia et sanctos de consensu voluntatis loqui. Porro in prima acceptione fidei cum consensus et imperium voluntatis atque assensus intellectus in adultis precedant infusionem habitus fidei tamquam dispositiones non consequentes habitum, sed ipsum praevenientes et praerequisitae ad introductionem, utique adiutorium divinum ad actus illos supernaturales non videtur esse mediante habitu, sed immediate a Deo per appulsum motum et inspirationem Spiritus Sancti; ad actus vero supernaturales qui post habitum comparatum eliciuntur videtur sufficere concursus habitus supernaturalis cum concursu generali Dei, id quod Victoria³⁰¹ [l. 181v] hoc loco affirmavit. Ex his facile erit intelligere longe probabilius esse, immo absque dubio affirmandum esse, quod quando Deus infundit habitum supernaturalem fidei in intellectu, infundit etiam habitum supernaturalem in voluntate quo voluntas prompte imperet assensum fidei; id quod indecisum reliquimus supra q. 4, art. 2^{ae}.

Sit 2 conclusio: Elicere possumus ex nostris naturalibus assensum circa omnia revelata nobis exterius proposita, atque habere circa illa omnia actum credendi quoad substantiam actus qui non est qualis requiritur ad salutem. Haec est Scoti, in 3, d. 23, q. 1^{ae} et communis Scotistarum; Gabriellis, eadem d., q. 2, conclusione 2^{ae}; Almaini, q. 3^{ae} conclusione 4. Durandi, in 2, d. 28^{ae}, q. 1; Capreoli, in 3, d. 24, q. 1 ad 1 et 4^{ae}; Scoti contra 2^{ae} conclusionem³⁰². Eandem innuit Canus, loco citato³⁰³; dicens enim motiva quae sunt ad credendum exterius proposita non sufficere ad credendum ul credere tenemur, satis innuit sufficere ad credendum

301. P. DE VITORIA, *Scholae in Secundam secundae sancti Thomae*, q. 6, a. 1; ed. V. Beltrán de Heredia, B.T.E., v. 2, Salamanca, 1932, p. 121-123.

302. Véase la pág. 110s.

303. I. D. SCOTUS, *Quaestiones in librum tertium Sententiarum*, d. 23, q. un.; ed. c., p. 7s. Admite equod in nobis est fides revelatorum creditibilium acquisitas (p. 7 a); y que «ut homo firmiter credat omnibus articulis revelatis [...] non oportet ponere fidem infusam» (p. 8 a-b).

304. GABRIEL BIEL, *Ephitome et Collectorium*..., in 3, d. 23, q. 2, concl. 2; ed. c., s/f.

305. J. ALMAIN, *In tertium Sententiarum lectura*, d. 23, q. 3, concl. 4; París, 1518, l. 73 a.

306. DURANDUS, *Commentariorum libri IIII*, in 2, d. 28, q. 1, n. 4; ed. c., l. 178v: «Dicendum est quod sine gratia possumus quodcumque verum intelligere».

307. I. CAPREOLUS, *Defensiones Theologiae sancti Thomae Aquinatis in tertio Sententiarum*, d. 24, q. un., a. 3 § 2, l. 1; t. 5, Turin, 1904, p. 316 a-b.

308. Véase la nota 303.

309. Véase la nota 286.

quoquo modo quoad substantiam actus. Eandem apertius innuit Carranza³¹⁰, in sua Summa conciliorum, post canones illos tres citatos concilii Arausicani, dicens legitimam interpretationum illorum canonum esse quod illis non^a negentur opera naturae sed quae pertinent ad salutem aeternae vitae, id est, qualia requiruntur et quae proportionata sunt ad vitam aeternam consequendam. Scotus etiam, loco citato³¹¹, admittit aliquem ex suis naturalibus posse assentiri omnibus quae sunt fidei, qualiter assentiretur narratis a Livio aut ab alio historiographo, non tamen ea firmitate qua illis tenetur assentiri christianus. Et D. Thomas, q. praecedenti, art. 3 ad 1^{am}, admittit haeticum ex suis naturalibus proprio iudicio innixum assentiri articulis circa quos non errat, et eodem genere assensus admissurus videtur quod posset ex [f. 182r] suis tantum naturalibus assentiri omnibus revelatis. Probat^{ur} conclusio, primo, quia haeticus qui circa unum tantum articulum errat, assentitur reliquis ex suis naturalibus; cum ergo addito unius articuli supra caetera omnia revelata fere nullam faciat difficultatem, fit ut et illi articulo uno cum reliquis ex suis naturalibus possent assentiri eodem genere assensus.

2.^o quia adversariis probandum est oppositum et praeterea quia non minus sufficiens est autoritas totius Ecclesiae ad persuadendum veritatem fidei quam sit autoritas historiographorum ad persuadendum mirabilia quae narrantur de animalibus, fontibus et de aliis rebus mirabilibus quae inveniuntur in hoc mundo et quam sit autoritas astrologorum ad persuadendum illiteratis Solem maiorem multis partibus esse terra, maxime cum narrentur tot miracula et adducantur tot motiva ad credendum quod sunt in religione christiana; ergo sicut reliquis innixus quis auctoritati narrantium potest assentiri ex suis naturalibus, ita etiam his quae sunt fidei innixus quis revelationi divinae quam tota Ecclesia affirmat praecepisse, poterit assentiri ex suis naturalibus, libero arbitrio imperante assensum. Vide alia argumenta apud auctores citatos. Accedit in confirmationem huius conclusionis concilium

d. El non está entre líneas en el manuscrito.

310. B. CARRANZA, *Summa Conciliorum*, post canones 5, 6, 7 Concilii Arausicani: ed. 1781, p. 187.

311. Véase la nota 303.

312. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae*, III, q. 5, a. 3 ad 1: ed. Leonina, t. 8, p. 58 b.

Arausicanum, canone 8^{mo}, non definire absolute neminem posse credere sine inspiratione Spiritus Sancti, sed addere, sicut oportet, innuens hanc conclusionem secundam diffiniendo praecedentem et canones solum loqui de bono quod ad salutem pertinet vitae aeternae, id est, quod est illi proportionatum. Et concilium Tridentinum, canone illo 3^o citato non definire absolute neminem posse credere sine praevemente Spiritus Sancti [f. 182v] inspiratione, sed addere "sicut oportet ut ei iustificationis gratia conferatur".

Fateor Divum Augustinum, D. Thomam³¹³, hoc loco, et plerosque alios primo aspectu videri repugnare nostrae 2^{ae} conclusioni; attamen si attente legantur loquuntur non de quocumque actu credendi, sed de eo, de quo debet esse sermo inter christianos et theologos qualis est ille qui requiritur ad iustificationem et de quo loquuntur Scripturae. Supponentes vero ex fide et ex Scripturis esse supernaturalem tam ex parte intellectus quam ex parte voluntatis optime diffiniunt adversus Pelagianos ad illum non sufficere determinationem liberi arbitrii, sed requiri appulsum Spiritus Sancti, attamen ut contra illos (qui arbitrabantur eum actum credendi qui exigitur ad iustificationem esse ex nostris tantum naturalibus supposita praedicatione et manifestatione Evangelii) ita loquendum est, nihilominus negandum non est supposito auxilio divino quod Deus (saltem sufficiens) numquam denegat, a libero arbitrio provenire, quod duorum audientium Evangelium aut videntium idem miraculum unus convertatur et credat sicut oportet ad salutem, et alter non; et ob id uni reputari ad laudem et meritum (si reponatur simul in gratia) alteri vero ad culpam. Concilium vero Tridentinum, sess. 6, cap. 5 et canone 4^{to}, affirmat a facultate liberi arbitrii provenire, supposita motione gratiae, quod quis convertatur aut non convertatur quandoquidem in facultate liberi arbitrii situm est motionem illam adicere et dissentiri aut illi cooperari.

Loca ergo Scripturae quae negant aliquem nisi a Deo tractum posse credere aut quae affirmant ex nobis non posse cogitare aliquid, sed sufficientiam nostram ex [f. 183r] Deo esse, aut neminem posse dicere Dominus Iesus nisi in Spiritu Sancto loquuntur

313. Concilium Arausicanum, ca. 6: DS⁹⁸ 376.

314. Concilium Tridentinum, sess. 6, ca. 3: DS⁹⁸ 1553.

315. Augustinus, Epistula 194, 3, 39, CSEL 57, 183s.

THOMAS AQUINAS, Summa Theologiae, II. II., q. 6, a. 1 ad 2; ed. Leonina, t. 8, p. 61 b.

316. Concilium Tridentinum, sess. 6, c. 5 et ca. 4. DS⁹⁸ 1525, 1554.

prout oportet aut proportionate ad vitam aeternam consequendam et ob id non obstant 2^a conclusioni. Adverte tamen auxilium supernaturale gratiae ad credendum sicut oportet non solum conferre ut actus sit qualis oportet, sed etiam ab illo saepe pendere quod actus simpliciter sit quatenus liberum arbitrium saepe nullo modo eliceret actum neque naturalem neque supernaturalem nisi excitatum divina illuminatione ei adductum motione divina atque id est quod aliquando simul innunt Scripturae divinae.

Ex dictis facile erit intelligere quae sit necessitas ponendi habitum fidei supernaturalem, esto homo ex suis naturalibus assentiri possit revelatis quoad substantiam actus. Neque enim necessitas est ut Durandus, loco citato³¹⁷, et plures alii affirmant, ad hoc ut intellectus facile assentiat contra intellectus duritiam et diserte contra intellectus errores. Neque (ut Sotus, loco citato³¹⁸, affirmat) habitus aut appulsus Spiritus Sancti requiritur ad hoc ut actus sit certus et firmus ad sensum quem ille intelligit, nimirum certitudine et firmitate ex parte credentis; haereticus namque firmus ille potest assentiri non dicam veritatibus fidei, sed et erroribus quam multi fidelium de facto assentiuntur fide infusa et supernaturali veritatibus fidei. Legitima ergo ratio ponendi habitum fidei supernaturalem est quia, ut ostensum est, actus fidei qui ad iustificationem requiritur supernaturalis est suapte natura; ad actus autem supernaturales elicendos habitus supernaturalis requiritur; et ad illos absolute elicendos requiritur vel concursus habitus supernaturalis vel appulsus et concursus Dei particularis quo vires naturales adiuventur ad huiusmodi actus elicendos. Reliqua quae dici poterant art. 2, dicta sunt 1, 2, q. 62 art. 4³¹⁹.

QUAESTIO 7, 8 et 9.

[f. 163v] Quaestione septima disputat Divus Thomas de duobus effectibus fidei; quae expositione non eget. Octava vero et nona post disputationem de fide in se disputat de donis intellectus et scientiae quae fidei respondent. Circa haec autem dona non

317. Véase la nota 308.

318. Véase la nota 289. No parece digna Soto lo que afirma Molina.

319. I., de Molina. Expositiones in III. divi Thomae, q. 62, a. 4: cod. c., f. 203v-207r.

alia dicenda occurrunt quam quae diximus I. 2, q. 68³²⁰, addentes dona Spiritus Sancti forte esse actus et motus Spiritus Sancti quos ibi explicavimus, et non habitus, licet utrumque dici possit.

QUAESTIO 10.

Articulus 1.

Utrum infidelitas sit peccatum?

Agit iam de vitiis fidei oppositis, atque in hac quaestione de infidelitate in generali. Prima conclusio Divi Thomae est: Infidelitas negativa, qualls est in eo qui nihil unquam audivit de fide, quae etiam dicitur infidelitas secundum puram negationem, non est peccatum, sed magis habet rationem poenae subsequutae peccatum primi parentis. Unde, inquit, qui ita sunt infideles damnantur propter alia peccata quae sine fide remitti non possunt, non autem propter peccatum infidelitatis, quod in ipsis nullum est. Quod autem huiusmodi infidelitas peccatum non sit, probat ex illo Christi Ioannis 15³²¹: *Si non venissem et loquutus eis non fuisset, peccatum non haberent*, infidelitatis scilicet in non credendo in me, ut exponit Augustinus³²². Ex his patet Divum Thomam admittere ignorantiam invincibilem circa ea quae sunt fidei, quod late ostensum est I. 2., q. 76, art. 2, disputatione ultima³²³.

2.^a conclusio Divi Thomae: Infidelitas qua aliquis repugnat auditui fidei aut etiam fidem auditam contemnit, est peccatum infidelitatis, diciturque infidelitas per contrarietatem ad fidem. Circa hanc conclusionem advertit, quod ut quis peccet peccato infidelitatis non acceptando fidem Christi sibi propositam [f. 184r], requiritur quod ei sufficienter proponatur et credibilis ei reddatur, puta quod solvantur ei difficultates quae se illi offerunt et adducantur motiva quae ei credibilem eam sufficienter efficiant. Si namque fides proponatur ab eo qui non sufficienter illam persuadet, nec satisfacit difficultatibus quae se offerunt infidelibus, non tamen censendi sunt infideles ac eam propositam non accep-

320. Ib., ib., q. 63. No trata de esta materia la q. 63.

321. Jn 15, 22.

322. AUGUSTINUS, *In Iohannis Evangelium*, tr. 89, 165: OChr 38, 546a.

323. I. DE MOLINA, *Expositiones in I.II.*, q. 76, u. 2: cod. c., f. 284r-291v

tant, non tamen requiritur ut fiant de novo miracula coram infidelibus quibus fides proponitur. Satis namque sunt quae praecesserunt cum caeteris motivis quae sunt ad credendum. In prima tamen promulgatione Evangelii quae facta est per Christum, necessaria fuerunt miracula, quae eum manifestarent esse Messiam, et quod promissum erat in Veteri Testamento in adventu Messiae, et ob id Christus dixit Ioannis 15³⁴: *Si opera non fecissem in eis quae nullus alius fecit, peccatum non haberent*; at postquam id in principio est sufficienter stabilitum et ostensum satis illa sunt cum caeteris motivis quae illa comitantur, et quae addita sunt in diversis temporibus; de quibus l. p., q. 27, art. 1.^o³²⁴ dictum est.

Circa eandem conclusionem adverte quod cum praeceptum fidei sit affirmativum, non solum censetur peccatum infidelitatis in eo quod quis per actum positivum voluntatis repugnet audire fidem aut auditam contemnat, sed in eo quod contemnat sua negligentia aut omittat eam audire quam videt promulgare et ab aliis acceptare aut quod sufficienter auditam aut propositam non amplectatur, esto ei non displiceat, sed circa eam suspendat actum; tunc enim voluntarie omittit implere praeceptum affirmativum pro tempore pro quo obligat, sine ulla causa quae eum excuset, quod procul dubio peccatum est. Unde infidelitas negativa si sit [f. 184v] voluntaria eo quod ignorantia probabilis eam non excuset, peccatum est, esto non sit formaliter volita; nobiscum convenit Rosella, verbo *Infidelitas*, § 1.^o³²⁵.

Circa primam conclusionem adverte quod esto infidelibus qui de fide nihil audierunt carentia fidei non sit peccatum, ut habet conclusio, nihilominus idololatria qua multi illorum cultum debitum Deo contra lumen naturale creaturis tribuunt est peccatum mortale, ut l. 2., loco citato dictum est³²⁶.

324. Jn 15, 24.

325. L. DE MOLINA, *Commentaria in primam dñi Thomae partem*, q. 27, a. 1, disp. 3; ed. c., col. 1091 b-1093 A.

326. *Summa Rosellae de casibus conscientiae*, v. Ignorantia, n. 1: Escribargo, 1518. f. 118v a-b.

327. Véase nota 323

Articulus 2.

Utrum infidelitas sit in intellectu sicut in subiecto.

Sicut bonitas moralis fidei non consistit in actu intellectus qui est proprius actus fidei virtutis intellectualis, sed in actu voluntatis quo imperatur, qui est actus virtutis moralis a quo denominatione extrinseca actus intellectus dicitur bonus moraliter et ad quem actus intellectus comparatur tamquam actus externus imperatus ad actum internum virtutis moralis, ut q. 4^{ma} visum est, ita modo dicendum est peccatum infidelitatis quoad malitiam moralem consistere in imperio voluntatis quo quis imperat dissensum circa res fidei, vel in omissione imperii quo tenetur imperare assensum; dissensum vero intellectus aut omissionem assensus dicitur malum moraliter denominatione extrinseca a malitia actus aut omissionis actus voluntatis. Id ergo quod est in intellectu perinde dicitur peccatum infidelitatis atque actus furandi exterior dicitur peccatum furti; et id quod est in voluntate perinde dicitur peccatum infidelitatis atque actus internus quo quis vult aut imperat furtum dicitur peccatum furti. Haec omnia facile patent ex dictis 1. 2^{ae} 3^{ae}. Reliqua quae hic tangit [f. 185r] Caietanus, persequemur inferius.

Articulus 3.

Utrum infidelitas sit maximum peccatorum?

Quomodo peccatum in aversione consistat explicatum est 1. 2^{ae}, q. 71. art. 6 disp. 2 et 3^{ae}.

Conclusio Divi Thomae est: peccatum infidelitatis est gravius omnibus peccatis quae sunt contra virtutes morales; intelligit tamen ex genere, ut patet in responsione ad 1; ex circumstantiis enim non inconvenit aliquando oppositum esse verum. Ad intelligentiam conclusionis advertit in obiecto fidei duo posse considerari: alterum est res materialis quae creditur, alterum vero ratio obiectiva credendi, nimirum revelatio et auctoritas divina. Ex parte ergo revelationis divinae quatenus infidelis discredendo aut non

328. Vasez la pag. 110a.

328. L. DE MOLINA, *Expositiones in III.*, q. 56, a. 1. 2 et 3: cod. c., f. 189r.

330. *Ib.*, *ib.*, q. 71. a. 6, disp. 2 et 3: cod. c. f. 249r-255v, principalmente f. 250r.

ampectendo fidem, facit Deum qui id revelavit et attestatus est, mendacem, gravissime peccat. Cum enim iniuria fiat Deo revelanti, quem fides tamquam obiectum respicit, pro qualitate autem obiecti peccatum sit gravius aut minus grave ex suo genere, ut habetur I. 2, q. 73, art. 3³³¹. Itemque avertat plus aut minus a Deo atque ab ultimo fine, fit ut cum virtutes morales non ita respiciant Deum in se tamquam obiectum, peccata contra virtutes morales minus gravia sint ex suo genere quam peccatum infidelitatis. Quod attinet ad res materiales gravius est peccatum quo discreditur substantia divina ab eo qui absolute negat Deum esse, aut ab eo qui putans creaturam aliquam esse Deum, negat aliquid altius esse Deum quam quo discreditur aliquid aliud, et gravius peccatum est quo discreditur id quod Deo formaliter convenit, quodque pertinet ad substantiam [f. 185v] fidei quam quo discreditur illa quae per accidens pertinent ad fidem.

Adversus conclusionem explicatam arguitur in hunc modum. Idololatria est peccatum contra virtutem moralem religionis, ad quam pertinet tribuere Deo cultum ei debitum, et tamen est gravius peccatum quam infidelitas, quandoquidem includit infidelitatem, cum supponat errorem in intellectu circa verum Deum, et addat tribuere creaturae cultum Deo debitum; ergo infidelitas non est gravius peccatum quam sint caetera peccata quae sunt contra virtutes morales. Ad hoc argumentum negandum est idololatriam includere infidelitatem, tametsi ut plurimum eam supponat tamquam distinctum peccatum. Quod enim infidelitatem non includat saltem internam, patet in Marcellino³³² et in aliis qui metu mortis absque errore in intellectu cultum idolis adhibuerunt. Et in odium Dei aliquis sciens creaturam non esse Deum posset absque peccato infidelitatis idololatrare propria sponte atque ex malitia tribuendo creaturae cultum debitum Deo.

Adverte tamen quod licet discredere Deo revelanti de se videatur esse gravius peccatum quam cultum ei debitum alteri tribuere (tametsi utrumque ex suo genere sit gravissimum) quia tamen revelationem factam per Christum, Apostolos et Prophetas non tam clare constat infidelibus esse a Deo obiectumque fidei ex suapte natura difficile et supra lumen naturale, fit ut cum idololatria sit contra lumen naturale et de gravissimo obiecto, non

331. In., *ib.*, q. 73, a. 3: cod. r., f. 265r.

332. Vénozo II II, q. 1, a. 10, disp. 12: ArchTeolGran 40 (1978) 273-278.

sit inconveniens ex his circumstantiis idololatram ut plurimum esse gravius peccatum quam sit infidelitas, maxime quando infidelitas est ex negligentia audiendi Evangelium. Neque enim ex intentione infideles discredentes aut non cre[. 186r]dentes faciunt Deum mendacem, sed solum id sibi persuadent non esse verum quod non putant esse a Deo licet sua culpa, aut id ex sua culpa negligunt scire, aut renuntt audire quod non credunt esse a Deo, atque ex hoc capite minuitur multum plane gravitas peccati ipsorum, quod aliis esset gravissimum.

Inferius, q. 20, art. 3^m, dicit D. Thomas infidelitatem ex suo genere esse gravius peccatum desperatione; unde quod dicit in calce corporis huius articuli solum dicit propter odium Dei quod est gravius infidelitate.

In responsione ad 3 habes causam quare peccata christianorum caeteris paribus graviora sint quam peccata infidelium.

Articulus 4.

Utrum omnis actio infidelis sit peccatum?

Sit 1.^a conclusio. Omne opus infidelis ab infidelitate procedens aut ad ipsam ordinatum peccatum est mortale, ut ieiunia et ritus Iudaeorum, Mahometanorum et gentilium ad se confirmandum in suis peccatis, peccata sunt mortalia. Item quidquid formaliter aut virtute ad id ordinat, ut si gentilis det elemosynam in honorem idoli aut Mahometi, aut si aliquis eorum peregrinetur propter suam sectam. Is enim est in itinere non refert formaliter passus ad eum finem, quia de eo non cogitat, nihilominus peccat mortaliter quia virtute eos ordinat in quantum in principio ad eum finem ordinavit et incepit peregrinationem. Virtute tamen huius actus: volo ut quidquid boni fecero in hac die, hebdomada aut per totam vitam sit in honorem idoli, opera bona moraliter quae peccata facit, oblitus idoli atque huius actus non sunt peccata mortalia, quia de se et suapte natura ad id non ordinantur, et neque formaliter neque virtute ordinantur per illum actum ad eum finem ad hoc ut sortiantur speciem idololatriae ex illo fine. Quare quo[. 186v]ad hoc perinde est ac si non praecessisset talis actus;

actus tamen ille in se eo est peior quo plura statuit quis ut per eum ordinentur in eum finem, quemadmodum actus quo quis statuit per plures dies non recitare officium divinum, ad quod tenetur, eo est peior quo per plures dies statuit non recitare, sive postea recitet, sive non. Iuxta hanc conclusionem intelligenda est Glossa³³⁴ super illud Rom. 14³³⁵: *omne quod non est e fide, etc.* qua ait omnium infidelium vitam esse peccatum. Intelligenda namque est quoad actus infidelitatis aut qui ab infidelitate emanant, et ad eam vel ad cultum falsae religionis ordinantur. Haec enim omnia vel fidel vel virtuti religionis atque dulcia opponuntur.

2.^a conclusio. Non omnia opera infidelium peccata sunt, quin potius possunt facere bona opera moraliter. Probatur, quia possunt facere opera bona ex objecto, ut honorare parentes, et dare eleemosynam quae consona sunt de se rectae rationi, possuntque illa non referre ad finem infidelitatis aut falsae religionis, puta nihil cogitando de sua secta; item possunt non apponere malam aliam circumstantiam; ergo possunt facere opera bona moraliter. Haec conclusio communis est Doctorum in 2, d. 41. Gregorius tamen Ariminensis³³⁶, eadem distinctione arbitratur omne opus infidelis, qui non cognoscit verum Deum, quales sunt idololatrae^c, esse peccatum, quia arbitratur ad opus bonum moraliter requiri quod actu dirigatur in ultimum finem simpliciter, nimirum in verum Deum; cum autem qui non cognoscit verum Deum in illum dirigere non possit opus suum, fit ut nullum opus bonum moraliter possit efficere, sed omnia sint peccata propter defectum circumstantiae ordinis ad ultimum finem quam tenetur apponere. Arbitratur namque sicut D. Thomas non dari opus indifferens ad bonum et ad malum moraliter. Opinio haec singularis est et latius discutienda in materia de gratia; interim vero negatur ad actum bonum moraliter necessariam esse directionem actus [f. 107r]lem illius in ultimum finem quam tenetur apponere; satis namque est, esse de bono objecto consono secundum se rectae rationi, neque apponere malam aliam circumstantiam, vel si

c. MS: idolatrae.

334. Bibliorum sacrorum totius sextus cum glossa ordinaria et Nicolai Lironi expositionibus ad Rom 14, 23: Lyon, 1645, f. 30r a.

335. Rom 14, 23.

336. GREGORIUS ARIMINENSIS, *Lectura in Secundo Sententiarum*, d. 41, q. 1, a. 2, cur. 3: Venetia, 1522, f. 127r E.

aliqua re latto in ultimum finem requiritur satis est virtualis ad sensum quo hic explicat Caietanus³³⁷ quatenus scilicet omne bonum de se atque ex directione primae causae est ordinatum in ultimum finem: *universa enim propter semetipsum operatus est Dominus*³³⁸, unde quicumque vult aliquod bonum ex directione primae causae vult illud propter ultimum finem quatenus scilicet ex se est a Deo ad id ordinatum. De hac re vide quae diximus l. 2, q. 1, art. 6, disp. 1 et 2³³⁹. Caetera quae hic tangit Caietanus commodius explicabuntur, cum pluribus, alio in loco in hac 2. 2.

Articulus 5.

Utrum sint plures infidelitatis species.

D. Thomas tres infidelitatis species distinguit hoc loco penes varios modos repugnandi fidei: aut enim repugnatur fidei nondum susceptae, et ita est infidelitas pagavorum seu gentilium; aut repugnatur fidei christianae susceptae, non secundum statum explicitum, sed secundum statum implicitum atque in figura, et ita est infidelitas Iudaeorum; aut repugnatur fidei christianae susceptae secundum statum explicitum, et ita est infidelitas haeticorum qui profitentur fidem christianam quam in baptismo susceperunt, et vero quoad aliquem vel aliquos articulos repugnant. Puto tamen iuxta ea quae l. 2^a, q. 71, art. 6 disputatione ultima, late dicta sunt³⁴⁰ circa distinctionem specificam peccatorum duas potissimum infidelitatis species distinguendas esse: alteram adversus praeceptum affirmativum de fide suscipienda et profiten[da] quae consistit in privatione conformitatis ad legem affirmativam, quae est tamquam unus custos virtutis fidel; et alteram adversus praeceptum negativum, ne aliquid scilicet admittatur aut credatur virtuti fidel contrarium, quae species consistit in privatione conformitatis ad huiusmodi legem negativam, quae est alter custos eiusdem virtutis, ut in singulis virtutibus, loco citato, explicatum est. Prior species cernitur in omissione actus debili inesse iuxta virtutem fidel, sive sit ommissio assensus et acceptionis fidei promulgatae, sive ommissio et negligentia audiendi fidem dum promulgatur, sive

337. THOMAS A VIO, *Commentarii in II-II.*, q. 10, a. 4: ed. Leonina, t. 8, p. 83 B.

338. Prov 16, 4.

339. L. DE MOLINA, *Expositiones in III.*, q. 1, a. 6: cod. c. f. 20r-22v.

340. *Ib.*, lb., q. 71, a. 8: cod. c., f. 260r y 263v.

omissio confessionis externae fidei pro tempore pro quo obligat praeceptum; ad hos enim omnes actus obligat praeceptum fidei affirmativum cui per actum positivum tenemur conformari, et ob id privatio conformitatis ad tale praeceptum quae esse debet per actum positivum, constituit unam speciem, quae et in omissione voluntaria cernitur et etiam in actu voluntatis quo vel omissio sit voluta, vel actus debitus inesse sit nolitus; haec enim omnia sunt contra praeceptum affirmativum. Posterior vero species cernitur in errore contrario fidei, tum etiam in professione externa illius, et in volitione alicuius istorum, aut in aliquo ad aliquod horum ordinatum, quale est addiscere haereses aut aliquid simile; haec enim omnia prohibentur praecepto negativo ne aliquid fiat fidei contrarium. Huic praecepto conformamur cessatione actus contrarii virtuti fidei, ab eo vero discordamus et peccamus, discordantes positione huiusmodi actus, quemadmodum cessatione actus furandi interni atque externi conformamur praecepto negativo de non furando, positione vero huiusmodi actus discordamus ab eo et peccamus. Sicut ergo qui quo tempore tenetur Deum diligere eo quod pro illo obliget praeceptum affir[m]ativum de dilectione Dei, odio prosequitur Deum, duplex peccatum committit, alterum omissionis contra praeceptum affirmativum de dilectione Dei, et alterum commissionis contra praeceptum negativum de non prosequendo odio Deum, aut non faciendo contrarium charitati, ut loco citato explicatum est, ita qui quo tempore tenetur acceptare fidem, amplectitur errorem contrarium fidei duplici peccato peccat; altero omissionis de non acceptanda fide contra praeceptum affirmativum, et altero commissionis de non committendo errore contrario fidei contra praeceptum negativum. Unde minus peccat qui circa fidem se habet negative quo tempore tenetur eam acceptare quam qui amplectitur tunc errorem aliquem contrarium, ut loco citato explicatum est.

Quod vero non sint verae species infidelitatis illae quas assignavit D. Thomas, probatur primo, quia non solum est infidelitas repugnare fidei, sed et voluntarie omittere assensum fidei, atque omittere amplecti fidem, ut art. 1^o explicatum est; immo et

omittere confessionem fidei externam pro tempore pro quo obligat praeceptum est peccatum adversus praeceptum fidei.

2.^o, quia suscepisse aut non suscepisse fidem sunt conditiones subiecti, quae licet possint esse circumstantiae aggravantes et inservire possint ad discrimen accidentale, non tamen videntur mutare naturam erroris intellectus atque omissionis fidei, si aliunde non mutetur.

3.^o, quia fides nostra et quam Iudaei habebant ante adventum Christi, est eiusdem rationis et speciei, accidentario tantum discrimine differens. Quo fit ut haereses christianorum adversus fidem explicitam et haereses Iudaeorum ante adventum Christi eiusdem essent [l. 188v] speciei. fit praeterea ut suscepisse fidem explicitam aut figuram fidei explicitae qualem hodie habent Iudaei non faciat ad distinctionem specificam erroris contra fidem explicitam Christi. Adde quod licet fides Iudaeorum ante adventum Christi esset fides implicita et ex parte rerum creditarum esset umbra rerum quas nos hodie explicitè credimus, modo tamen Iudaei non profiterentur fidem umbrae sed eorum quae quondam fuerunt umbra antequam Iudaei qui hodie sunt, amplecterentur talem fidem.

4.^o, errores Saracenorum qui confitentur unum Deum et partim conveniunt cum Iudaeis et quaedam acceperunt a christianis, atque in multis ab utrisque dissident, ad quam quaeso speciem numeratarum pertinent? Item si catechumenus amplectatur fidem veram et antequam baptizetur seducatur ab alio haeretico et erret cum illo, ad quam speciem infidelitatis pertinebit infidelitas istius quondom quidem nondum professus est fidem per baptismum? Dicendum itaque est huiusmodi conditiones ex parte infidelium non variari species incredulitatis in genere moris, et forse neque id voluit D. Thomas, sed solum voluit distinguere praecipuos modos infidelitatis penes discrimina accidentaria, quos modos appellavit species late sumpto vocabulo. Non ergo quod id mutet speciem in genere moris interrogandum est infidelem in confessione cuius sectae fuerit postquam esset baptizatus, sed ad melius intelligendam quantitatem culpae pro qualitate erroris qui esse solet in unaquaque secta, et tunc spectato tempore pro quo fuit infidelis examinandus est numerus peccatorum infidelitatis quae eo tempore commisit.

Articulus 6.

[f. 189r] **Utrum infidelitas gentilium sit caeteris gravior?**

Conclusio est: ex parte conditionis infidelis gravior est infidelitas haeretici quam gentilis; quatenus haereticus professus est fidem quam negat, et ad eam se obligavit, minusque locum habet in illo ignorantia quam in gentili. Ex parte vero eorum in quibus quis errat gravior esse solet infidelitas gentilium, iuxta ea quae articulo 3 dicta sunt³⁴². Licet ergo infidelitas haeretici, caeteris paribus et absolute sit gravior, attamen tam pauci esse possunt errores haeretici, et tam gravia et multa illa in quibus paganus errat ut infidelitas pagani multo gravior sit. Inter gentilem et haereticum medium locum tenet Iudaeus.

Articulus 7.

Utrum sit cum infidelibus publice disputandum.

Disputare de rebus fidei dubitando de veritate earum et ob id eam tentando argumentis et disputatione est peccatum mortale. Patet, quia qui ita disputaret, hoc ipso esset dubius in fide, quod procul dubio peccatum est mortale. Res ergo fidei tamquam certissime supponendae sunt, neque sunt in dubium vocandae: aliter ipsis et fidei iniuria fit. Ad eundem fere sensum lege Nemo, Cod. de summa trinitate et fide catholica³⁴³, prohibetur tam clericis quam laicis publice disputare turbis coadunatis de rebus fidei christianae, in dubium videlicet illas revocando, et ut ibi dicitur tumultum, id est, per fidei occasionem quaerendo. Nam (inquit Martinianus imperatorum est illa lex) iniuriam facit iudicio reverendissimae Synodi si quis semel indicata revolvere et publice disputare contenderit, in dubium videlicet illa vocando [f. 189v]. Est ergo lata lex illa adversus eos qui non erant contenti diffinitione Ecclesiae in concilio Calcedonensi, sed iterum coram multitudine publicis disputationibus in dubium vocabant quae ibi erant diffinita.

342. Veanse las págs 145-147

343. *Corpus Iuris Civilis Romani*, (Cod. Iustiniani,) 1, tit. 1, 4: Basilea, 1756, t. 2, p. 28 a.

2.^o conclusio. Cum haereticis vitanda est omnis publica disputatio de rebus fidei coram simplicibus et infirmis^f in fide, nisi forte aliquando oriretur grave scandalum atque perturbatio circa veritatem fidei ex eo quod non admitteretur talis publica disputatio. Haec est Divi Thomae, hoc loco; et probatur, quia res fidei et ea quae ut talia semel constituta sunt in Ecclesia, tam certa habenda sunt et tam certa sunt in se, ut iniuria illis fiat, si in dubium revocentur, et id suadendum est multitudini, neque illorum iudicium ad multitudinem pertinet, sed ad Summum Pontificem et universalem Ecclesiam quae *columna et firmamentum* est *veritatis*³⁴⁴. Praeterea ex tali disputatione parvum aut nullum commodum reportare possent simplices et infirmi^g in fide, et possent inde reportare grave damnum auditis difficultatibus, quas haeretici oblicerent, quandoquidem in multis facilius est concipere difficultatem argumentorum quam penetrare solutiones eorum, esto germanae atque optimae sint, ut patet in materia de praescientia, praedestinatione ac libero arbitrio; quare proponere huiusmodi aut alias similes difficultates indoctae multitudini in concionibus aut in disputationibus vernacula lingua habitis; ergo in illis scandalum est et peccatum a quo cavere debent conelatores. Adde quod contingere facile posset haereticum acutum esse ingenio et versatum in arte dialectica et oratoria, atque ita acutas, ornatas et captiosas argumentationes conficere, quas non ita solveret catholicus non ita prae[f. 190r]ditus ingenio, neque in his artibus ita versatus. crederetque imperita multitudo res fidei ex responsione huius et argutia alterius, unde facile grave scandalum et periculum multorum posset generari, maxime cum homines novitatibus multum commoveri soleant, haeresesque carni et sanguini favere solent. Adde praeterea quod cum haereses ex superbia et appetitu inanis gloriae ut plurimum ortum habeant, ut Gregorius, 8 Moralium, capite 2¹⁵ et Augustinus, in libro *De utilitate credendi*³⁴⁵, affirmat, neque huiusmodi publicis disputa-

f. MS: firmis.

g. MS. firmi.

344. 1 Tim 3, 15.

345. GREGORIUS I. *Moralium* liber 3, c. 2 et 3; PL 75, 803. En el c. 3 dice: «Neque enim haeretici inquisitionibus suis veritatem conantur assequi, sed victores videris» (col., 803s). En el c. 2 dice que «Ecclesia ex magisterio humilitatis instituta»; y «saepe haeretici dum occasionem rationationis accipiunt ad largia contentionis effrenantur» (col. 803).

346. AUGUSTINUS, *De utilitate credendi* liber, l 1; CSEL 25/1, 3 (PL 42, 65).

tionibus aliqd haeretici intendant quam subversionem populi apud illos convicti vicissim se laetant, et semper subterfuga et rimulas quibus labantur quaerunt minusque publicis quam privatis disputationibus convertuntur.

3.^a conclusio. Coram doctis et firmis in fide nullum periculum est disputare cum haeticis ad ipsos convincendum et reducendum ad fidem. Haec est Divi Thomae, hoc loco.

4.^a conclusio. Coram simplicibus vacillantibus in fide aisque qui praevertuntur ab haeticis utile immo et necessarium erit disputare cum haeticis modo adsit qui id commode facere possit, ita ut res cedat in exaltationem fidei et maiorem corroborationem fidelium atque confusionem haeticorum aut infidelium. Unde Gregorius, 2 Pastoralis, cap. 4.^m: "Sicut incauta loquutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium eos qui erudiri poterant in errore derelinquit." Denique in his omnibus conclusionibus nulla certior et utilior regula tradi potest quam ad arbitrium prudentis viri tunc solum suscipiendam esse disputationem, et eo modo quando aut quo modo iudicaverit pen[is. 190v]satis omnibus circumstantiis cessurum id esse in maiorem exaltationem fidei et salutem animarum, aut certe in minus earum detrimentum quam oppositum, semperque monendum est iniuriam rebus fidei fieri, si in dubium revocentur inter eos qui christiani dici volunt, et profitentur se esse fideles nulloque modo id esse ferendum; iudicium praeterea infallibile earum a Summo Pontifice et Ecclesia universali pendere, non vero a rationibus humanis et argumentis hominum, simulque convincendi sunt haetici et solvendae eorum argutiae. Ut vero Gelasius, cap. Maiores 24, q. 1.^{sa}, cap. Cum quibus 24, q. 3.^{sa} ait. quae semel ab Ecclesia definita sunt, non est necesse iterum definiti; unde qui scientes contraria affirmant, damnandi et puniendi continui sunt tamquam haetici nulla suscepta disputatione, neque expectato iterum iudicio Ecclesiae, Paulus praeterea, tam hanc quam secundam conclusionem innuit. Ut enim 2 Tim. 2.^{sa}, dixit: *Noli contendere verbis, ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audien-*

347. GREGORIUS I. *Regula Pastoralis*, 2, c. 4: PL 77, 30.

348. C. J. C., c. 2, C. XXIV, Q. 1: ad Friedberg, 1, 966.

349. C. J. C., c. 36, C. XXIV, Q. 3: ib., 1, 1006.

350. 2 Tim. 2, 14.

tiam; ita ad Titum 1.³⁵¹ dixit: oportet episcopum sine crimine esse [...], amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicant arguere; propriumque munus episcoporum est per se vel per alios viros doctos opponere se haereticis et infidelibus, et ut oportuerit suscipere adversus eos dispositiones; imperitos vero sive laici sint sive clerici acceptate disputationem, ubi probabile est ipsos propter suam imperitiam non responsuros ut oportet, peccatum est procul dubio mortale, quia id cedit in scandalum et contemptum fidei. Quare id remittere debent infideles ad peritos qui sunt in Ecclesia, et alia via si possent defendere fidem catholicam.

[f. 191r] Quinta conclusio. Exercitii gratia ad dilucidandas veritates fidei et confutandos errores haereticorum licitum et laudabile est de huiusmodi rebus disputare. Haec est receptissima et consona monitioni III, 1 Petri 3³⁵²: *parati reddere omni poscenti rationem de ea quae in nobis est spes*³⁵³.

Dubium est utrum licitum sit exercitii gratia defendere aliquid contrarium fidei, ut fornicationem simplicem non esse peccatum mortale, animam rationalem esse mortalem, etc.? Sylvester, verbo *Disputatio*³⁵⁴ affirmat esse peccatum mortale, licet loquatur solum de his qui sustinent opinionem Averrois de unitate intellectus; et plane si tamquam veram in se aut secundum philosophiam quis eam sustineret, aut aliam similem peccaret mortaliter, idque damnatum et prohibitum est¹ in concilio Later. V, sess. 8³⁵⁵ et Sylvester³⁵⁶ ac Rosella³⁵⁷ verbo *Disputatio* affirmant episcopos et inquisitores qui possent obviare huic abusui quo ener-

h. MS: fides

1. Las palabras *idque damnatum et prohibitum est* están escritas al margen.

351. Tit 1, 7, 9,

352. 1 Pe 3, 15.

353. SYLVESTER PRIBIBAS, *SUMMA SUMMARUM*, p. 1, v. *Disputatio*, n. 2: ed. r., p. 258 a.

354. Concilium Lateranense V, sess. 8: CCoD, p. 688s. En el ms. parece que dice: Concilium Lateranense 3.

355. *SUMMA ROSELLAE*. No tiene v. *Disputatio* (torna tampoco v. *Infidelitas*: véase nota 326). Parece que Molina no tuvo en sus manos esta Summa.

vantur veritates fidei, et non obviarent peccare mortaliter. In concilio etiam Tridentino, sess. 13, canone 11^{mo} prohibetur sub poena excommunicationis latae sententiae publice disputando defendere posse aliquem, aliquem contritum accedere ad sumendam Eucharistiam cum conscientia peccati mortalis, non praevia confessione si sit copia confessoris. In universum vero sustinere propositiones fidei contrarias et scandalosas, est grave peccatum, etiam si id fiat exercitii gratia; et erit mortale pro quantitate scandali aut periculi quod aliquis ex huiusmodi disputatione sumat occasionem vacillandi aut errandi circa huiusmodi propositiones, neque minus peccant qui praesunt huiusmodi disputationibus et id permittunt quam qui eas sustinent. Lege Castrum, 1 De iusta haereticorum punitione, capite 19^{mo}.

Dubium etiam est utrum laicis licitum sit disputare de rebus fidei? Et ratio dubitandi est quia Alexander [f. 191v] IV capite Quicumque, § Inhibemus, de haereticis libri 6^{to}, prohibet omnes laicos publice vel privatim de fide catholica disputare, et addit: qui contrarium fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. Et licet Glossa³⁵⁶ eo in loco nomine laicorum intelligat illiteratos, et nomine clericorum literatos more Tramontanorum qui illiteratos laicos vocat et literatos clericos, nihilominus nomina, iuxta communem Doctorum sententiam, in sua propria et consueta significatione sumenda sunt. Quia enim lex respicit quod communis est, et peritia eorum quae sunt fidei et debet et esse solet in clericis et non in laicis optimo iure Summus Pontifex prohibuit laicis in universum disputare de rebus fidei, non obstante quod inter eos aliquis ad id idoneus reperiat. Sylvester, verbo *Disputatio*³⁵⁷, et quidam alii, putant peccatum esse mortale laicos disputare de rebus fidei non solum cum haereticis et infidelibus, sed etiam in consuetis disputationibus inter fideles, motus ex prohibitione illius capituli. Dicendum est nihilominus cum Castro, libro 1 De iusta haereticorum punitione, capite 19^{mo}, illo in capite solum prohiberi disputationem cum haereticis et infidelibus de

356. *Concilium Tridentinum*, sess. 13, can. 11: DGS² 1661.

357. A. DE CASTRO, *De iusta haereticorum punitione*, l. 1, r. 19: Salamanca, 1547, f. 67^{rs}.

358. C. J. C., c. 2, in Sexto, de haereticis, v. 1. ed. Friedberg, 2, 1070.

359. Véase, por ejemplo, en la edición del C. J. C. de Roma, 1582, t. 3, col. 812, 7273.

360. Véase la nota 353.

361. Véase la nota 357.

rebus fidei, tum quia (ut hic etiam advertit Caletanus³⁶²) illa simpliciter censetur disputatio de fide catholica qua vere in dubium vocantur res fidei disputantesque verbis et animis dissident circa ea quae sunt fidei; disputationes vero communes quae fiunt inter fideles exercitii gratia nullus sunt instructiones ad illas atque imitationes quaedam earum, cum disputantes animis conformes sint, tum etiam quia totum caput manifeste loquitur de de haereticis, unde de disputatione cum illis intelligendus venit paragraphus ille.

[l. 192r] In universum ergo laicis prohibitum est sub reatu peccati mortalis disputare cum haereticis et infidelibus de fide catholica, quandoquidem apponitur poena excommunicationis quae denotat inobservantiam esse peccatum mortale. Si quis tamen contra praeceptum illud disputaret, non esset excommunicatus, quia excommunicatio illa, ut aperte patet ex verbis Capituli, non est latae sententiae, sed ferendae. Possent etiam homines excusari a culpa mortali propter ignorantiam prohibitionis illius Capituli, quae ut plurimum erit probabilis seu invincibilis.

Illud est advertendum: quod in casu necessitatis, ut si haeretici praeverterent catholicos et insultarent illis, neque adessent clerici docti qui se opponerent illis, non solum esset licitum laicis doctis se opponere haereticis, et adversus illos disputare, sed etiam ad id tenerentur, petita facultate, si daretur locus illam petendi, ab eo qui praeceptum illud dispensare aut interpretari posset, aut etiam non petita si non daretur locus, sed interpretando praeceptum per episcopum¹ quod in eo eventu non est mens legislatoris obligare. Cum vero nulla sit prohibitio legis vel iuris positivi quae prohibeat laicis exercitii gratia disputare de rebus fidei inter fideles, patet nullum esse peccatum si laici docti de huiusmodi rebus inter fideles disputent: imperiti vero arcendi sunt ab huiusmodi disputationibus, quandoquidem sine periculo erroris atque aliorum incommodorum haec non valent disputare.

1. MS: episcopum.

362. THOMAS A VIO, *Commentarii in II. II.*, q. 10, a. 7: ed. Leonina, t. 8, p. 88.

Articulus 8.

Utrum infideles sint compellendi ad fidem?

1^a Infidelium quidam sunt qui fidem numquam susceperunt, ut Iudaei, Mahometani et Gentiles; quidam vero qui fidem aliquando susceperunt et professi sunt in baptismo, ut haeretici et apostatae; et de utrisque dicendum est.

2 Quod ergo attinet ad primos, Scotus, in 4. d. 4, q. 9^{mo}, quem [f. 192v] sequitur Gabriel eadem disputatione, q. 2, dub. 5^{to}, affirmat religiose fieri si huiusmodi infideles adulti cogantur minus et terroribus ad suscipiendum baptismum et subinde fidem et ad conservandam fidem susceptam. Et ut patet ex antecedentibus atque eam exponit Victoria, in Relectione de Indis, p. 1, núm. 39^{to}, loquitur de infidelibus qui essent subditi principum christianorum; a talibus enim principibus quibus in regimine reipublicae alias essent subditi, dicit id religiose fieri. Reddit autem rationem quia, inquit, esto ipsi non essent vere fideles in animo, attamen minus malum esset eis non posse impune legem suam illicitam servare quam posse eam libere servare; et praeterea quia liberi eorum, si bene educarentur, in tertia et quarta pingenie essent vere fideles. Confirmat vero suam sententiam quia in concilio Toletano IV^{to}, et refertur capite de Iudaeis 45 d^o, Sisibutus qui multos infideles ad fidem coegit, appellatur religiosissimus princeps; quod non fieret si id non religiose fecisset. Et capite Maiores causae, de baptismo et eius effectu, paragrapho Item quaeritur, Innocentius III^{us} refert, approbat et exponit idem decretum Concilii Tolctani.

k. En este artículo, el manuscrito trae salus números marginales, que hemos respetado.

383. I. D. Scotus, *Questiones ad Abram quarundam Sententiarum*, d. 4, q. 9: ed. Vivès c., t. 16, 483 a-b.

384. GABRIEL BRU, *Collectorum circa IV^{to} librum Sententiarum*, d. 4, q. 2, dub. 5: Tübingen, 1875, t. 206.

385. P. DE VICTORIA, *Relectio de Indis*, p. 1, n. 15; ed. c. BAC, 188, p. 498s.

386. *Concilium Toletanum IV^{to} c. 56: Conciliorum omnium ...*, t. 2, 192 b; c) c. 56, en la p. 104a.

387. C. I. C., c. 5, l. XLV; ed. Friedberg, 1, 161s.

388. C. I. C., c. 3, X, de Baptismo, III, 12; ed. Friedberg, 2, 848.

3 Deinde argumentantur alii ad probandum licitum esse compellere infideles ad fidem, immo et bello subicere eos quo amplectantur fidem, primo ex illo Lucae 14^{mo}: *Eri in mas et sepes et compelle eos intrare ut impleatur domus mea; et loquitur ad litteram de intrare in Ecclesiam per fidem; ergo vis inferri potest infidelibus quo amplectantur fidem.*

4 2.^o, quia qui praecipit finem, praecipit aut certe permittit necessaria ad finem; Deus autem ministris Ecclesiae praecipit praedicationem Evangelii, et universo orbi ut fidem Evangelii suscipiat. ut patet ex illo Marci ultimo³⁶⁹: *Euntes in mundum universum, etc.* Ergo praecipit aut permittit subicere infideles quando aliter non suscipient fidem. Et confirmatur, quia Gregorius, 1 epistolarum libro, epistola 78 ad Genadium³⁷⁰, egregie eum [f. 193r] commendat quod bellorum victoriis christianorum nomen dilataverit, gentes quasdam subiugando qua fidei praedictio circumquaque discurreret; ergo gratia praedicationis evangelicae atque ut fidem suscipiant licitum est bello subicere infideles.

5 3.^o, quia ut Scotus, loco citato³⁷¹, argumentatur ad probandum filios infidelium baptizari posse invitis parentibus, potius debet aliquis cogi ad obediendum domino superiori quam inferiori; sed si infideles non obedirent legitimis principibus suis, posset iuste ad id cogi, ut Rex Hispaniarum Helie cogere posset Gallos ut obedirent Regi suo; cum ergo infideles teneantur Deo obedire et acceptare fidem Christi et baptismum, poterant bello ad id cogi si renuant, maxime autoritate Summi Pontificis qui vicarius est Christi.

6 4.^o, Princeps reipublicae maxime si maiorum consilium capiat poterit novas leges condere, ad quas omnes subditi teneantur, poterit etiam alterius reipublicae leges suscipere, ut respublica romana poterat suscipere leges Atheniensium, etiam invitis plebæis, et ad eas eos cogere; ergo pari ratione poterit princeps aliquis

369. Lc 14, 23.

370. Mc 16, 15.

371. GREGORIUS I, *Epistolarum liber 1*, epist. 74 et 75, ad Genadium: PL 77, 528aa.

372. I. D. SCOTUS, *Quaestiones in librum quartum Sententiarum*, d. 4, q. 9. ed. Vivès c., t. 16, 407 b.

concilio maiorum reipublicae suscipere legem Christi et cogere subditos repugnantes ad fidem et legem Christi suscipiendam. ac praeinde ad suscipiendum baptismum.

7 His non obstantibus sit prima conclusio: Illicitum est cogere aliquem huiusmodi infidelium vel ad fidem vel ad baptismum suscipiendum, aut ea de causa illis bellum inferre aut eos subilcere. Haec est expressa Divi Thomae et Caietani³⁷³, hoc loco; Soti³⁷⁴, in 4. d. 5, q. 1, art. 10; Victoriae, in Relectione de Indis, 1 p. et 2^{na}; Ricardi, in 4. d. 6, q. 1 circa 3 principale³⁷⁵; Durandi, in 4, d. 4, q. 8^{ma}; Paludani, ibidem, q. 4^{ta}; et plurium aliorum. Et probatur 1.^o, quia licet Ecclesia ius habeat ad divulgandum Evangelium universo orbi a [f. 193v] Christo Domino sibi collatum, ut patet ex illo Marci ultimo³⁷⁶: *Praedicate Evangelium omni creaturae*; Christusque Dominus suis legibus universum orbem obligaverit ad fidem et baptismum suscipiendum, attamen Ecclesia ius iudicandi non habet, et subinde neque puniendi aut cogendi aliquem antequam ille per baptismum efficiatur pars et membrum illius, ut patet ex illo 1 Cor. 1^{mo}: *quid mihi de his qui foris, id est, extra Ecclesiam sunt, iudicare? nonne de his qui intus sunt vos iudicatis? nam eos qui foris sunt Deus iudicabit*. Fit ergo ut licet Ecclesia et ministri eius proponere et praedicare possint Evangelium universo orbi, et suadere omnibus ut fidem atque baptismum suscipiant, et si ab ea re impediuntur possint impedimenta removere, movendo si ad id opus fuerit, bellum, ad iniuriam quam patiuntur propulsandam aut vindicandam prohibentur uti iure suo, nihilominus tamen nullum huiusmodi infidelium punire possint, quod tales infideles fidem ipsis oblatam aut baptismum

373. THOMAS A VIO, *Commentarii in II, II*, q. 10, a. 8: ed. Leonina, t. 8, 89s.

374. D. SOVO, *Commentariorum in Quartum Sententiarum tomus primus*, d. 5, q. un., a. 10, Tertia conclusio: ed. c., p. 304.

375. F. DE VITORIA, *Relectio de Indis*, p. 1: De titulis non legitimis quibus barbari novi Orbis potuerunt venire in ditionem Hispanorum, n. 15, 6.^a prop.: ed. BAC 198, Madrid, 1960, p. 695s.

376. RICARDUS A MEDIAVILLA, *In Quartum Sententiarum resolutae quaestiones*, d. 6, q. 1, ad 3 principale Respondeo: Venecia, 1509, f. 26v-27r.

377. DURANDUS, *Commentariorum libri IIII*, in 4, d. 4, q. 6, n. 8: ed. c., f. 300v b.

378. PETRUS A PALUDE, *Opus in Quartum Sententiarum*, q. 4: Salamanca, 1552, p. 40 b. La q. 4 trata: «De carentibus usu rationis, an sint baptizandi?»: y trata también de los niños de los infieles. De los adultos dice únicamente: «Princeps non posset licite iudaeum compellere ad cultum baptismi suscipiendum in re.»

379. Mc 16, 15.

380. 1 Cor 5, 12s.

suscipere non velint, vel quod non velint doctrinam eorum audire, neque etiam possint ad aliquid horum eos cogere, eo quod nondum quemque eorum habeant sibi subditum ea in re. Et confirmatur haec ratio, quia Ecclesia christiana, cuius caput est Summus Pontifex, vicarius Christi, respublica quaedam est spiritualis in ordine ad finem supernaturalem; licet ergo ius habeat seipsam dilatandi, amplectendo omnes qui sua sponte velint fidem quam profiteri suscipere (nam spontaneos vult Christus suos ministros et membra huius Ecclesiae); nam licet ius habeat vocandi eos ad se per praedicationem Evangelii, et praeterea propulsandi et vindicandi iniurias sibi illatas, ut et caeterae respublicae, attamen in non suos qui ad ipsam numquam pertinuerunt, non apparet unde habeat vim coactivam, maxime cum ex Scripturis non habeamus Christum eam ei reliquisse, quando potius oppositum, Deusque reliquerit homines in manu consilii sui in ordine ad vitam aeternam consequendam, et ad fidem et ad media quae ad ipsam conducunt amplectenda; sit ergo ut Ecclesia et ministri ipsius neminem ad fidem possint cogere.

8 [f. 194r] 2.^a Nemini licet conferre baptismum, nisi ei qui praesumitur habere fidem, quique creditur non accedere fictus, et cum conscientia peccati mortalis, alter qui susciperet sacrilegus esset et peccaret mortaliter, sicut et qui conferret; sed de eo qui compellitur ad fidem et ad baptismum suscipiendum credendum est accedere fictum, quandoquidem ita accedere peccatum est mortale, immo credendum est accedere sine fide, ut Clemens III ait capite Sicut, extra de Iudaels³⁸¹; ergo non licet cogere quemquam ad fidem suscipiendam et protestandam per baptismum.

9 3.^a, ad praedicationem Evangelii Christus non potentes qui cogent, sed pauperes elegit. Et quando misit eos praedicare, Matthaei 10, solum illa praecepit quae allicere possent ad fidem suscipiendam et simul inservirent ad eam confirmandam, non vero quae cogent, ut *infirmos curate, mortuos suscite, daemones eicite, leprosos mundate, gratis accepistis gratis date*³⁸², *nolite possidere aurum neque argentum, neque virgam*³⁸³ tuleritis potestatis scilicet ad cogendum, et quicumque non susceperint vos neque au-

381. C. I. C., c. 9, X, de Iudaeis, V, 6: ed. Friedberg, 2, 774.

382. Mt 10, 8.

383. Mt 10, 8.

dierint sermones vestros, non ait, vim illis inferite et cogite, sed exentes foris excutite pulverem de pedibus vestris³⁸⁴ in testimonium obstinationis et repulsae enim. Amen dico vobis, tolerabilius erit terrae Sodomorum in die iudicii quam illi civitati³⁸⁵, quasi diceret, vindicta illius peccati non ad vos, sed ad meum tribunal et iudicium spectat et ad illud eam reservo. Et rursus³⁸⁶: *Eccae ego mitto vos, non dixit, sicut lupos aut leones cum potentia, ut homines vi et terroribus meo iugo subiiciatis, sed tanquam agnos in medio luporum in spiritu mansuetudinis ut mansuetudine et conversatione vestra bona illos vincatis. Et plane quando huiusmodi forma praedicationis servatur, Deus favet et vincimus; quando vero transgreditur vincimur et superamur, quem et Chrysostomus notavit homilia 34 in Matthaeum³⁸⁷. Et confirmatur hoc argumentum ex illo Lucae 9³⁸⁸, ubi cum Iacobus et Ioannes propter repulsam Samaritanorum [f. 194v] dixissent Christo: vis descendet ut ignis descendat de coelo et consumat illos, conversus Christus increpavit illos dicens: *Nescitis cuius spiritus estis, filius hominis non venit animas perdere sed salvare. Unde idem Iacobus longe aliter se habuit postea ut in vita ipsius referunt Perionius³⁸⁹ et alii graves autores. Cum enim daemones adduxissent ad se Hermogenem ligatum, quos Dermogenes qui ministerio ipsorum utebatur prius miserat, ut ligatum Iacobum aut Philetum ad se adducerent, iussit Iacobus eum solvere, et ait: vade quo volueris liber. non enim vult Dominus ut aliquis invitus convertatur. Quae omnia confirmant conclusionem propositam.**

10 4.º Christus primo suo adventu in quo apparuit eius benignitas et humanitas³⁹⁰, non venit tanquam iudex ad puniendum scelera, iuxta illud Ioannis 3³⁹¹: *Non misit Deus Filium suum in mundum ut iudicet mundum; sed venit tanquam medicus ad curan-*

384. Mt 10, 14.

385. Mt 10, 14a.

386. Mt 10, 16.

387. I. CHRYSOSTOMUS, *Homiliae XC in Matthaeum*, hom. 34 [10, 15...]; PC 57, 387ss.

388. Lc 9, 54ss.

389. Tan sólo hemos podido consultar J. Péron, *De vita rebusque gestis Jesu Christi [...] de Mariae Virginis Jesu Christi Matris et Ioannis eiusdem Baptistae et praecursoris vita, Liber*, Paris 1553. En este librito no hemos podido encontrar lo que dice Molina. Quizás pueda encontrarse en otra obra suya: *De vita et rebus gestis Apostolorum*, Paris 1551.

390. Tit 3, 4.

391. Jn 3, 17.

dum et salvandum, iuxta illud quod subiungitur, *sed ut salvetur mundus per ipsum*. Et illud Matthaei 9³²: *Non est opus valentibus medico sed male habentibus*; vindictam vero scelerum reservavit secundo adventui. Quare non cogendo, sed invitando voluit Evangelium et fidem a se et ministris suis in primo adventu praedicari, relinquens hominibus acceptare aut non acceptare medicinam. Et confirmatur, quia id magis quadrat doctrinae evangelicae, qua humilitas, mansuetudo, paupertas, et patientia commendatur quam vis, potentia, strepitus belli et armorum quae cum superbia et avaritia coniuncta esse solent, et cum praedictis pugnare videntur.

11 5.^o Hac excellentia lex nostra cum Mahomeli perfidia comparata splendet inter alias, quod haec vi armorum utpote quae ratione persuaderi non poterat, intrusa est in mundum; nostra vero sanctissima lex per homines inermes, pauperes et mites sola veritatis vi mundum vicit [f. 195r] iuxta illud 1 Ioannis 5³³: *haec est victoria quae vincit mundum fides nostra*. Et plane cum fides nostra supra lumen sit naturale s: vi praedicaretur, cogerenturque homines ad fidem, quasi tyrannis existimaretur et diaboli signum lumen naturali repugnans, quod ob id non alia sanctiori via quam vi introduci potuerint in mundum.

12 Accedunt in confirmationem eiusdem conclusionis praeter communem usum Ecclesiae, decreta sanctorum patrum; in Concilio enim Toletano 4, capite de Iudaeis 45 d.³⁹⁴, ita habetur: praecipit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferri; cui enim vult Deus miseretur, et quem vult indurat. Non enim tales inviti salvandi sunt, sed volentes, ut integra sit forma iustitiae. Sicut enim homo propria arbitrii voluntate serpenti obediens perit, sic vocante se gratia Dei propria mentis conversione quis credendo salvatur. Ergo non vi sed libera arbitrii sui voluntate et facultate ut convertantur salvandi sunt, non potius compellendi. Hactenus concilium. Quare mirum est quod ex eo quod Sisibutus qui quosdam coegit ad fidem religiosissimus appelletur in eodem capite, colligat Scotus³⁹⁵ id esse illicitum cum ex professo praecipia-

392. Mt 9, 12.

393. 1 Jn 5, 4.

394. C. J. C., c. 5, D. XLV; ed. Friedberg, 1, 181a.

395. I. D. SCORUS, *Quaestiones in Hebraea quarum Sententiarum*, d. 4, q. 8; ed. Vives c., t. 16, 488 b.

tur ne id deinceps fiat propterea quod in se non sit licitum; appellatur namque religiosissimus eo quod celator fidei esset, zeloque fidei id fecerit, non tamen secundum scientiam. Tamen si ipse consilio suorum id fecerit, et forte ea in re non peccaverit, excusante eum ignorantia, et Gregorius canone Qui sincera eadem d. ³⁹⁸, Paschasio Neapoli episcopo ita scribit: qui sincera intentione extraneos a christiana religione ad fidem cupiunt recta perducere blandimentis debent non asperitatibus studere, ne quorum mente reddita ratio de plano poterat revocare, pellat procul adversitas. Et praecepit ne Iudaeos a suis ceremoniis vi abstrahat, sed blande ad fidem perducatur; et libro epistolarum 1.^a, epistola 45 ³⁹⁷ [f. 195v] Virgilium et Theodorum episcopos instantissime admonet ne vi Iudaeos baptizent, sed praedicatione et admonitione eos ad novam regenerationis vitam perducant, et canone Quod autem 45 d. ³⁹⁹ Ioanni constantinopolitano episcopo inter alia scribit: nova vero atque inaudita est ista praedicatione quae verberibus exigit fidem. Et Clemens III ⁴⁰⁰ capite Sicut, extra de Iudaeis et Saracenis, inquit: statuimus ut nullos invites vel nolentes Iudaeos ad Baptismum venire compellat. Et infra: christianam fidem habere non creditur qui ad christianorum baptismum non spontaneus sed invitatus cogitur venire. Et Ambrosius, libro 7 ⁴⁰¹ super Lucam, in illud capite 10 ⁴⁰²; *nolite portare sacculum et peram*, ita inquit: virgam illis portare non permisit quae est praeferendae potestatis insigne et ulciscendi instrumentum doloris; eos enim misit ad seminandam fidem, qui non cogerent, sed docerent neque vim potestatis exercerent. Accedit neque Sylvester Constantino neque Ambrosium Theodosio christianissimis Imperatoribus suasisse ut vim aliquam infidelibus facerent, quo eos perducerent ad fidem cum tamen uterque propagandae religionis christianae fuerit studiosissimus.

13 2.^a conclusio. Licitum est allicere infideles ad fidem suscipiendam beneficiis, pecunia et aliis blandimentis. Ita Sylvester verbo

398. C. I. C., c. 3, D. XLV: ed. Friedberg, 1, 160.

397. GREGORIUS I, *Epistolatum liber I*, epist. 47: PL 77, 509as.

399. C. I. C., c. 1, D. XLV: ed. Friedberg, 1, 160.

400. C. I. C., c. 9, X, de Iudaeis, saracenis et eorum servis, V, 6: ed. Friedberg, 2, 774.

401. AMBROSIIUS, *Expositio Evangelii secundam Lucam*, l. 7, 10, 19, 69: CChr 14, 223, 582-589 (PL 15, 1802).

402. Lc 10, 4.

Iudaicus, q. 6, paragrapho 1.^o 402; et Angelus, eodem verbo, paragrapho 33.^o 403. Et probatur capite Debet homo 28, q. 4.^o, quod est Augustini, ubi habetur: Debet homo diligere proximum sicut se ipsum ut quem potuerit beneficentia etc. adducat ad colendum Deum. Et in eadem sententia est Glossa, ibidem 404. Idem probatur ex capite Qui Syncera 15 d.^o 405; et Glossa capitis Quam pio 1. q. 2.^o, refert beatum Sylvestrum munera promisisse illis qui vellent baptizari. Licetum etiam est ducere aliquam in uxorem ea conditione ut fiat christiana, ut doctores citati ibidem affirmant, et colligitur ex capite Non optimo 28, q. 1.^o, quod est concilii Agathensis. Immo et licetum est infideles subditos exactionibus [f. 156r] alias iustis gravare atque aliis similibus iustis molestiis quo pertrabantur ad fidem, ut patet ex capite Iam vero 23, q. 6.^o, quod est Gregorii ad Maximianum episcopum. Horum omnium haec est ratio: quia haec omnia in bonum cedunt ipsorum infidelium, et in propagationem fidei et dilatationem Ecclesiae, in nulloque eorum iniuriam facimus infidelibus, sed utimur iure naturae. Quare hic locum habeant motiva illa Scoti citata quandoquidem in his nulla iniuria fit infidelibus, non vero habent locum in vi minus et terroribus quae cessante causa fidei essent illicita et iniusta: neque enim desinunt esse iniusta quod fiunt causa fidei propagandae atque erudiendi eos ipsos quibus fiunt ab infidelitate et peccatis. Illud vero est advertendum: quod ubi periculum esset retrocedendi, si homines ita converterentur ad fidem, cessandum esset ab huiusmodi mediis, quantum iudicaretur expedire ut conversio eorum esset firma. Unde quando conversi manere debent inter christianos a quibus erudiantur et confirmantur neque sinantur retrocedere, etiam illa media adhiberi possunt, quae molestiam non iniustam inferunt, quantum tamen iudicabuntur expedire et cedere in gloriam Dei et salutem animarum. Sicut enim incipere solet timor servilis qui viam parat ad perfectam charitatem, postea vero acce-

402. SYLVESTER PRIBERAS. *Summa summarum*, v. Iudaicus, § 11: ed. c., p. 75 b.

403. ANGELUS A CHIVASSO, *Summa apostolica de casibus conscientialibus*, v. Iudaicus, n. 33: ed. c (nota 137), f. 454v a.

404. C. J. C., c. 53, C. XXIII, Q. 4: ed. Friedberg, 1, 838.

405. Véase, por ejemplo, en la edición del C. J. C. de Ruma, 1582, t. 1, col. 1765.

406. C. J. C., c. 3, D. XLV: ed. Friedberg, 1, 160.

407. C. J. C., c. 2, C. I, Q. 2: ed. Friedberg, 1, 408 La Glossa puede verse en la ed. Romae, 1532 247 f.

408. C. J. C., c. 16, C. XXVIII, Q. 1: ed. Friedberg, 1, 1089

409. C. J. C., c. 4, C. XXIII, Q. 6: ed. Friedberg, 1, 949.

dil perfecta charitas quae foras mittit timorem⁴¹⁰, ita licet his viis minus perfectis, homines pertrahantur ad fidem, postea tamen eruditi et nutriti in Ecclesia collimantur et perficiuntur in charitate, posterique eorum in Ecclesia nati et nutriti nihil distant ab aliis.

14 3.^a conclusio. Unusquisque ius habet promulgandi Evangelium ubique terrarum. Haec patet ex superioribus et e Scoti, loco citato, conclusione 1⁴²; Victoriae, in Relectione de Indis, p. 2, n. 9⁴³; ac communis. Et probatur ex illo Marci ultimo⁴⁴: *euntes in mundum universum praedicate Evangelium omni creaturae*; et Matthaei [f. 196v] 28⁴⁵: *Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra, euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos*, etc., quasi diceret: pro potestate quam habeo ius vobis tribuo hac in parte. Quidquid autem sit utrum Christus fuerit simul Rex atque Dominus temporalis, quod alio in loco disputandum est, habuit tamen plenam potestatem spiritualem in universum orbem, legesque tulit de fide et baptismo suscipiendis quae universum orbem obligant, et in temporalibus habuit etiam plenissimam potestatem in ordine ad finem spirituales propter quem in orbem venit. Unde quatenus homo mutare potuit omnia regna mundi et constituere novos reges et constitutos deponere ad eum finem, ut Victoria ostendit in Relectione de potestate Ecclesiae, q. 5 n. 18⁴⁶; Summoque Pontifici atque Ecclesiae potestatem in temporalibus reliquit, si non excellentiae ut ipse habebat, certe quantum sat esse ad finem spirituales ad quem Summum Pontificem vicarium suum instituit et ad quam Ecclesiam ordinavit, ut inter alios late et docte probant Turrecremata, libro 2 Summae Ecclesiae, cap. 113 et 114⁴⁷ et Victoria, in Relectione et quaestione citatis, potissimum a

410. I Jn. 4, 18.

411. D. Soto, *Controversiarum in Quartum Sententiarum* tomus primus d. 5, q. un., n. 10. concl. 1: Salamanca. 1557, 304 a.

412. F. DE VITORIA *Relectio de Indis*, p. 1: De titulis legitimis, n. 9, concl. 1: ed. BAC c., p. 715.

413. Mc 16, 15.

414. Mt 28, 18s.

415. F. DE VITORIA, *Relectio de potestate Ecclesiae*, 1: Utrum potestas spiritalis sit supra potestatem civilem, n. 18: ed. BAC c., 314.

416. J. DE TURRECREMATA, *Summa de Ecclesia*, l. 2, c. 113 et 114: Venetia, 1561, f. 262v-269v.

num. 12⁴¹, et in Relectione de Indis, p. 1, n. 19⁴². Intelligendum est tamen Summum Pontificem habere plenam potestatem in temporalibus in ordine ad finem spirituales ad eum sensum quem autores citati explicant, de qua re aliquis erit locus disputandi. Iuxta potestatem ergo excellentiae quam Christus habebat in universum orbem Ius tribuit Apostolis et ministris Ecclesiae promulgandi Evangelium ubique terrarum. Probatur praeterea conclusio, quia iure naturali unusquisque libertatem et facultatem habet docendi eos quae sunt iuris naturalis neque eo privari valet; ergo a fortiori Ius habet docendi ea quae sunt fidei, sine quibus homines vitam aeternam consequi non possunt. Adde [c. 197r] quod correctio fraterna est de iure naturali, et unicuique mandavit Deus de proximo suo, ut habet Eccl. 17⁴³. Quare cum infideles proximi sint, et non solum sint in peccatis sed etiam extra statum salutis, dum in infidelitate manent, fit ut ad fideles spectet dirigere et corrigere eos. Iuno quod ad id teneantur si commode possint.

15 Addunt Victoria, in Relectione de Indis, p. 2, n. 10⁴⁴ et Sotus, loco citato⁴⁵, quod licet Ius hoc commune sit omnibus fidelibus, attamen Summus Pontifex qui supremam habet potestatem in spiritualibus et temporalibus quantum scilicet est ad spiritualia, iustis de causis potest negotium hoc demandare quibusdam et prohibere aliis ne se immisceant immo et commercium eis interdicere in illis regionibus si ita expediat ad meliorem promulgationem et propagationem Evangelii. Sicut enim pro conservanda pace inter principes christianos et religione christiana melius amplificanda potest Summus Pontifex provincias Saracenorum et Turcarum dividere principibus christianis, ita inquirunt quod quidam principes suis sumptibus tentaverint navigationem et invenerint nationes infidelium ceperintque disseminare inter illos verbum Dei, et si indiscriminatim ex aliis regnis eo accederent ad fidem promulgan-

41. F. DE VITORIA, *Relectio de potestate Ecclesiae*, 1, n. 11 et 12: ed. BAC c., p. 304s.

42. In, *Relectio de Indis*, p. 1, De titulis non legitimis .. n. 5, 3.^a Prop.: Papa habet potestatem temporalem in ordine ad spiritualia: ed. BAC c., p. 680.

43. Eccl. 17, 12.

44. F. DE VITORIA, *Relectio de Indis*, p. 1, n. 9 et 10: ed. BAC c., p. 715s. I.a 2.^a conclusio: «Licet hoc [ius praedicandi Evangelium] sit commune et licet omnibus, tamen Papa potuit hoc negotium mandare Hispanis et interdicare omnibus aliis.»

45. D. Soto, *Commentariorum in Quarta Sententiarum Iurum prius* d. 5, q. un., a. 10: ed. c., pp. 309 b 310.

dam et ad commercium simili modo habendum cum infidelibus, facile se possent invicem impedire et excitare seditiones, potuit Summus Pontifex committere illis negotium divulgandi Evangelium in illis provinciis et prohibere alius ne eo accedant, atque ita inquit Alexander VI regi Hispaniarum Ferdinando suo diplomate concessisse expeditionem in novum orbem seu in Insulas occidentales, idemque Summus Pontifex Regi Hispaniarum et Regi Lusitaniae divisit commercium divulgandi Evangelium atque ius quod comparare possent in regiones Oceani tam orientales quam occidentales, ita ut a quodam meridiano orientem versus ius pertineret ad Regem Lusitaniae et ab eodem meridiano occidentem versus ius pertineret ad Regem Hispaniarum, atque ita totum orbem dividerent in duas parte aequales a meridiano illo iacto 360 leucis ab insulis promontorii viridis occidentem versus.

16 4.^a conclusio. Si huiusmodi infideles de quibus loquimur, aut quicumque alii impediant praedicationem Evangelii, ne reliqui illam audiant vel recipiant, aut ne baptizentur, idque vel pravis persuasionibus aut blasphemis in Christum, sanctos et Ecclesiam vel persecutionibus aut quovis alio modo, aut aliquid huiusmodi faciant iam baptizatis aut conversis, aut quovis alio modo fidei et verbo Dei iniuriam inferant, compelli optime possunt et debent ne id faciant, et si ad id opus fuerit, licitum est bellum movere et eos subicere vel ad iniuriam propulsandam, vel etiam si illata fuerit vindicandam, pro quantitate tamen iniuriae, atque ut patitur ius belli, iuxta ea quae inferius in materia de bello⁴²² dicenda sunt. Haec est Divi Thomae et Caietani, huc loco⁴²³; Soti, loco citato⁴²⁴; Victoriae, in Rejectione de Indis p. 2, n. 12 et 13⁴²⁵; et communis. Et probatur, quia in his omnibus iniuriam inferunt christianis atque fidei et Evangelio, quam iniuriam christiani propulsare et vindicare possunt tum etiam quia suis quos impedirent ne audirent Evangelium, aut suscipere fidei, iniuriam in re

1. MS: omittens.

422. Véase ArchTeolGran 2 (1939) 163-231.

423. THOMAS A VIO, *Commentarii in IIII*, q. 10, a. 8: ed. Leonina, t. 8, p. 60 h.

424. Véase la nota 421.

425. P. DE VICTORIA, *Relectio de Indis*, p. 1: De titulis legitimis .. n. 12 et 13. ed. BAC c., p. 717 ss.

gravissima et quae multum ipsorum interesset. facerent quam etiam ab ipsis qui opprimerentur liceret christianis propulsare, bello si ad id opus esset suscepto

17. Duo hoc loco sunt advertenda. Alterum est [f. 198r] quod ut natal Victoria, loco citato, p. 2, n. 67 et 68^{ss} (tamen si de alla re loquatur) si infideles aliqui in aliquo eventu prohiberent praedicationem Evangelii quod non leviter timerent ea occasione nostros velle armis et fraude auferre ab illis regnum, aut alias iniurias illis inferre, tunc nostri deberent omni ratione et via re et verbo illis persuadere et ostendere oppositum neque statim licitum esset inferre illis bellum quod illis prohiberent praedicationem, possent tamen nostri se defendere et praedicatores Evangelii quos vellent inferre, et si in suam et praedicatorum defensionem opus esset infideles adversantes interficere possent id licite facere; non tamen eos invadere, spoliare aut regiones eorum subicere qui nondum in tanta sunt culpa neque tantam iniuriam fecerunt ut digni omnino sint quibus bellum inferatur, et qui ea de re tam acriter puniantur, cum iustam habeant rationem timendi. Ut namque bellum iuste inferatur necesse est praecedat sufficiens iniuria, ut fert omnium sententia; quare quousque infideles in maiori essent culpa solum defensivum bellum esset iustum. Quod si tentatis omnibus et ostenso pro virili parte nostros nullam iniuriam velle illis inferre, sed tantum velle divulgare Evangelium quod illi tenentur acceptare, et nostri ius habent divulgandi, adhuc illi persistenter in prohibitione praedicationis evangelicae, ita quod ad arbitrium prudentis viri ludicaretur per ipsos stare ipsosque iam in culpa esse, tum licite posset illis bellum inferre, et pro quantitate iniuriae atque ad obtinendam servitutem inter illos, eos subicere et civitates eorum occupare. Quod si adhibitis his diligentias infideles non solum prohiberent praedicationem Evangelii, sed et molirentur perditionem nostrorum iam tunc tanquam cum perfidis hostibus agere possent, et per se qui adversus illos omnia iura belli, atque exsequi omnia [f. 198v] quae adversus hostes in bello licent. Quod autem infideles non excusentur a peccato mortali si non velint audire evangelium ipsis oblatum, tum etiam si suffi-

426. Véase la nota 412. Habla del derecho a predicar el Evangelio y aun hacer la guerra hasta que den seguridad y oportunidad para predicar el Evangelio.

cienter propositum eo modo quo articulo 1 explicatum est⁴²⁷, non vellent illud acceptare, ostendit optime Victoria, *Relectione illa citate*, p. 1, n. 36 et 37⁴²⁸.

18 Alterum quod hoc loco est advertendum illud est: quod ut Sotus, in 4, d. 5, q. 1, art. 10 conclusione 2⁴²⁹ et Victoria, loco citato, p. 2, n. 12⁴³⁰ advertunt, ubi scandalum oriretur in contemptum fidei ex eo bellum moveretur adversus impediētes praedicationem Evangelii, infidelesque tali bello magis recrudescerent " ad suscipiendam fidem, cessandum esset a tali bello, quia tunc potius esset obstaculum quam adiumentum in propagationem fidei. Unde in huiusmodi bello quod causa fidei suscipitur non tam commoditates propriae quam dilationis fidei bonique spiritualis eorum quibus denunciatur Evangelium habenda est ratio ut sit licitum; puto tamen quod si bellum esset tale quod cessante scandalo esset licitum, bellantes cum tali scandalo non tenerentur restituere quae depredarentur et occuparent aut demolirentur, quia peccatum eorum non esset contra iustitiam, sed contra charitatem.

19 Quod attinet ad infideles secundi generis, videlicet ad haereticos et apostatas sit conclusio: Licetum est illos compellere ad fidem retinendam aut iterum amplectendam, quam semel in baptismo professi sunt; immo licitum est peccatum infidelitatis eorum punire etiam supplicio capitis. Haec est D. Thomae, hoc loco, et communis, atque usu Ecclesiae receptissima; et probatur ex dispositione Concilii Toletani IV, cap. de Iudaeis 45 d.⁴³¹, ubi post illa verba quae supra citavimus, additur: Qui autem iam pridem ad christianitatem coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sislebuti, quia iam constat eos sacramentis divinis associatos et baptismi [i. 189r] gratiam suscepisse, et chrismate unctos esse, et corporis Domini extitisse participes, oportet ut si-

m. Lectura probabile.

427. Vése la página 144s.

428. F. DE VICTORIA, *Relectio de Indis*, p. 1: De titulis non legitimis... n. 12 et 13: ed. BAC s., p. 694s.

429. D. Soto, *Commentariorum in Quarta Librum Sententiarum totius primae*, d. 5, q. un., a. 10, concl. 2^a: ed. c., p. 304 a.

430. F. DE VICTORIA, *Relectio de Indis*, p. 2: De titulis legitimis... n. 12: ed. BAC c., p. 718.

431. C. J. C., c. 5. D. XLV: ed. Friedberg, I, 181s.

dem quam etiam vi vel necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, et fides quam susceperunt vilis et contemptibilis habeatur. Et hoc ipsum refert et approbat Innocentius III, capite Maiores causae. de baptismo et eius effectu, § Item quaeritur⁴³². Augustinus praeterea eandem conclusionem affirmat et probat multis rationibus capite Displicet⁴³³, capite Si Ecclesia⁴³⁴, et capite Qui crudele 23, q. 4⁴³⁵ et capite Schismatici⁴³⁶, capite Quod erraverat⁴³⁷ et capite Vides 23, q. 6⁴³⁸. Atque hoc capite ultimo citato affirmat se antea in ea fuisse sententia, ut crederet non expedire compellere quemquam haereticorum ad bellum, attamen postea experimento etiam didicisse expedire oppositum. Ratio vero conclusionis haec est: quia Ecclesia ius habet in huiusmodi homines qui per baptismum se illi subdiderunt partes illius effecti sunt; quare optime eos poterit cogere tamquam sibi subditos hac in parte, ut fidem quam semel receperunt, retineant, aut iterum amplectantur, si eam reliquerunt, punireque poterit culpam qua in detrimentum suarum animarum et in scandalum et detrimentum Ecclesiae fidem reliquerunt. Princeps praeterea saecularis cui respublica Ecclesiae fuerit subiecta poterit condere leges poenales in fidei desertores, atque punire pro quantitate criminis, maxime cum potestas temporalis ipsius Ecclesiae potestati sit subiecta ad finem Ecclesiae spirituales, ad cuius finem regimen suum attemperare et accommodare debeat, perinde atque artifex inferior opera sua accommodare debet ad finem artificis superioris, ut faber fraenorum ad finem equestris. Et confirmatur haec ratio, quia huiusmodi homines fidem promiserunt, ad eamque servandam se abstulxerunt, cum semel susceperunt baptismum. Iuste ergo ad standum promissis astringuntur, et si non stent, puniuntur, cum ius naturale exigit ut promissis stetetur. Haec tamen confirmatio maiorem vim habetⁿ adversus eos qui propria sponte fidem susceperunt, quam adversus eos qui

n. MS: habent.

432. C. I. C., c. 3, X, de baptismo et eius effectu, III, 42: ed. c., 2, 646.

433. C. I. C., c. 38, C. XXIII, Q. 4: ed. c., 1, 817s.

434. C. I. C., c. 42, C. XXIII, Q. 4: ib., 822s.

435. C. I. C., c. 44, C. XXIII, Q. 4: ib., 923s.

436. C. I. C., c. 1, C. XXIII, Q. 6: ib., 847s.

437. C. I. C., c. 2, C. XXIII, Q. 6: ib., 948.

438. C. I. C., c. 3, C. XXIII, Q. 6: ib., 940.

coacti ad baptismum accesserunt, et quam adversus pueros qui ante usum rationis fidem et baptismum susceperunt. Principalis tamen ratio omnes in universum comprehendit. Unde hi pueri cum primum perveniunt ad usum rationis compellendi sunt servare fidem et puniendi atque cogendi sunt ad illam regredi, si eam deseruerunt. quia Ecclesia ius in eos habet tamquam in illos qui vere sunt aut fuerunt partes suae reipublicae ipsi unitae per baptismum, non minus quam alia respublica ius habet in eos qui intra eam nati sunt. Capite Maiores causae⁴³⁹ ratione sacramenti dicunt eos qui coacti baptizati sunt, pertinere ad iurisdictionem Ecclesiae, et ob id ad servandam regulam fidei christianae posse rationabiliter compelli.

20 Probatur praeterea conclusio, quia Deut. 17⁴⁴⁰ praecipiebat Dominus iudicis sententia occidendum cum qui orta difficultate aliqua et delata ad Summum Sacerdotem qui pro tempore esset, nollet stare sententiae et diffinitioni illius, idque praecipiebat in poenam ita delinquentis, et ut populus timeret, nullusque deinceps intumesceret superbia; ergo licitum est in causa fidei cogere haereticos ut stent diffinitionibus Summi Pontificis et Ecclesiae, eosque si contra fecerint poena capitis punire, tum in eorum supplicium tum etiam in timorem et conservationem aliorum. Item licitum et sanctum est punire alia crimina, maxime quae vergunt in destructionem reipublicae et quae pacem et tranquillitatem illius perturbant; sed crimen haeresis est quod scindit et usque ad fundamentum destruit reipublicam christianam, et quod [f. 200r] maxime pacem illius perturbat, quodque ut cancer serpit, teste Apostolo Paulo⁴⁴¹ eo quod haereses carni et sanguini faveant elationique atque inani gloriae fundamentum et locum tribuat; sit ergo ut in poenam haereticorum, atque ut ipsi respiciant vexatione tribuente intellectum, tum etiam alij contineantur et conserventur, licitum et sanctum atque omnino necessarium sit eos punire. Licet namque in principio nascentis Ecclesiae non habuerit tantas vires, nondumque, ut Augustinus capite Dispicit⁴⁴² et capite Si Ecclesia 23, q. 4⁴⁴³, aut impleta esset illa propheta quae erat de Christo:

439. C. J. C., c. 3, X, de Baptismo et eius effectu, III, 42: ed. c., 2, 408.

440. Dt 17, 9ss.

441. 2 Tim 2, 17.

442. C. J. C., c. 38, C. XXIII, Q. 4: ed. Friedberg, 1, 819.

443. C. J. C., c. 42, C. XXIII, Q. 4: ib., 923.

*Et adorent eum omnes reges terrae, omnes gentes seruiant ei*⁴⁴⁴, altamen subiectis ei principibus et comparante Ecclesia ad id vires, statim coepit id exercere, ut Augustinus, locis citatis, et alibi ait adversus Donatistas. Paulusque Actorum 13⁴⁴⁵ caecitate percussit pseudoprophetam illum qui proconsulem Sergium Paulum conatur avertere a fide: et 2 Cor. 10⁴⁴⁶ paratus erat ulcrisui omnem inobedientiam et fornicarium Satanæ tradidit in interitum carnis, et multo magis haec praestaret in haeretico si tunc expediret; et Galat. 5⁴⁴⁷ cupiebat abscindi haereticos qui Galatas conturbabant, plane executioni id mandasset mandaretque quod cupiebat leuisset si Ecclesia tunc eas res haberet quas postea habuit. Christusque ipse flagello eiecit ementes et vendentes de templo.

21 Illud tamen est advertendum quod si ex punitione haereticorum sequeretur aliquando maius scandalum aut detrimentum Ecclesiae, tolerandi tunc essent; atque ad eum sensum D. Thomas ad 1⁴⁴⁸, cum Augustino, intelligit illud parabola zizaniorum, ne forte colligentes zizania eradicetis simul et triticum⁴⁴⁹, quod scilicet quando de crimine constat, neque est periculum schismatis aut gravioris mali quam sit bonum quod resultat ex punitione et compassione haereticorum, puniendi et compellendi sunt; secus autem quando aliquid horum intervenit. Atque id intendisse Christum significare illis verbis illius parabola. Forte dicti etiam [f. 200v] potest sermonem illum esse ad angelos ut satis patet ex parabola, Deumque non velle ut ministerio angelorum id fiat, et simul illis significare eos qui secundum praesentem iustitiam sunt zizaniorum aliquos esse triticum de numero praedestinatorum, qui resipiscant et salvabuntur velleque decursum Ecclesiae militantis relinquere ut procedat homo modo quo procedit relictis hominibus in manu consilii sui, non tamen impedire pastores et rectores Ecclesiae ut quod erraverat, revocent, et quod perlerat inquirant modo puniendo et modo puniendo [sic] aut increpando prout viderent expedire, quin potius ipsi sunt homines illi de

444. Sol. 71, 11.

445. Heb. 13, 11.

446. 2 Cor. 10, 8.

447. Gal. 5, 12.

448. THOMAS AQUINAS, *Sermones Theologiae*, II, II, q. 10, a. 8 ad 1: ed. Leonina, t. 8, p. 88 a-b. AUGUSTINUS, *Quaestiones XVII in Matthaeum*, 12, c. 13, 26-30: PL 35, 1370s.

449. Cfr. Mt. 13, 29.

quibus dicitur, dum dormirent et negligentes essent in hac parte, superseminata sunt et creverunt zizania⁴⁵⁰, de qua re rationem reddent Domino agri atque Ecclesiae ipsis commissae. Non ergo ipsis prohibitum est colligere zizania (quando in triticum non potuerint ea advertere) et mundare agrum Domini. Si circa hanc conclusionem longiorem desideras disputationem lege Castrom, De iusta haereticorum punitione, libro 2, cap. 3 et 4⁴⁵¹.

22 Superest respondeamus ad argumentum initio propositum. Ad fundamenta ergo Scoti (quidquid sit de primo emolumento maxime propter iniuriam sacramentorum et fidei) dicendum est quod esto emolumenta illa aut alia maiora inde sequerentur; cum tamen media sint iniusta, ut ostensum est, eo quod neque Ecclesia neque principes ad id lus habeant si tot [sic] licitum sit talibus mediis uti ad bonos illos fines; neque enim facienda sunt mala ut eveniant bona, ut Paulus Rom. 8⁴⁵² ait. Ad confirmationem ex Concilio Toletano dictum est sufficienter inter probandum primam conclusionem.

23 Ad 1 aliorum iuxta Augustinum, capite Displicet 23, q. 4⁴⁵³, et cap. Schismatici 25⁴⁵⁴, q. 6, possumus respondere prius Dominum dixisse: *Exi cito in plateas*⁴⁵⁵ et [f. 20r] *[v]icos civitatis et pauperes ac debiles et caecos et claudos introduce huc*. Quo in loco, absque aliqua vi significatur conversio eorum infidelium ad fidem, qui fidem numquam antea susceperunt, postea vero dicente servo: *Domine, factum est ut imperasti et adhuc locus est*, dixisse Dominum: *exi in vias et tepes et compelle intrare ut impleatur domus mea*. Quo in loco significatur conversio eorum infidelium qui iam antea susceperant fidem et coguntur intrare; unde locus ita expositus confirmat quintam conclusionem et non pugnat cum prima adversus quam constructur argumentum. Forte posset etiam exponi quod prima vocatio est qua vocati sunt vulgus Iudaeorum relictis principibus sacerdotum, scribis et pharisaeis et secunda qua vocatae sunt gentes, et quod ad denotandam vim gratiae quae

450. Cfr. Mt 13, 25.

451. A. DE CASTRO, *De iusta haereticorum punitione*, l. 2, c. 3 et 4: ed. c., f. 85 b y 86x.

452. Rom 8, 8.

453. Vide in nota 453.

454. Vide in nota 436.

455. Lc 14, 21ss.

Impartienda erat gentibus et vim miraculorum quae apud ipsos erant facienda quibus quasi compellendi erant ad fidem absque violentia suaviter tracti, ut rei postea probavit eventus, dictum est: *compelle eos intrare*.

24 Ad 2, admissa maiori et minori, neganda est consequentia; quia ad praedicandum Evangelium, quod solum nobis est iniunctum ex nostra parte, non est necesse subicere infideles aut vim illis inferre ad suscipiendam fidem, sed satis est offerre illis praedicationem et significare illis ius quod habemus ad denuntiandum illis Evangelium, et quod ab ea re iuste non possunt nos impedire. Quod si adhibitis omnibus diligentibus adhuc iniuste nos velent impedire, cogi possent ne id facerent, et si ad id opus esset moveri posset ea de causa adversus eos bellum, et si non desisterent aut ulterius tentarent nobis iniuriam inferre subici possent proseguendo iura belli, ut dictum est. Quod si in hoc sensu intelligatur conclusio argumenti propositi [f. 201v] admittendum est totum, nihil enim colligit contra nos Ad confirmationem dicendum est Genadium bellum alias iustum gessisse adversus illas nationes, utpote adversus hostes Romani Imperii atque Ecclesiae, inter quas plures erant haeretici qui infesti erant Ecclesiae, et terras illius occupaverant, ut ex antecedentibus epistulis Gregorii ad eundem Genadium constat. Quando autem bellum alias est iustum, sanctum est eo sine bellare ut fides Christi propagetur per orbem et ob id Gregorius Genadium ea in parte commendat.

25 Ad 3 dicendum est maiorem esse veram quando cetera sunt paria, et quando is qui non parent, est iniustus, isque qui cogit, ius ad id habet aut facultatem; in proposito autem Ecclesia non habet ius ad cogendum homines infideles, ut parent legibus divinis ad quas tenentur, ut ostensum est, neque Deus cui non parent, id vult, sed vult homines hac in parte relinqui in manu consilii sui. Quare licet unus princeps ex consensu aut facultate alterius possit ei bello subicere infideles ad hoc ut amplectantur fidem quandoquidem Deus ius et facultatem ad id nobis non concessit; quod si concessisset, possemus utique.

o. Parece que el texto está incompleto ya que la idea que quiere expresar es que puede someter a los súbditos del príncipe, pero no obligar a los infieles con la guerra a que abrazen la fe.

26 Ad 4. Neganda est consequentia quia subditi solum subiacent regi ea ex parte qua rex est in ordine ad finem naturalem ad quem respublica et regimen regum ordinatum atque institutum est, quando ius regni regibus tributum est. Quare leges quae ad eum finem suapte natura ordinantur, tenerentur acceptare si iustae essent, et tolerabiles; at vero leges in ordine ad finem supernaturalem non tenerentur acceptare, nisi prius tam ipse quam res subiacerent potestati Ecclesiae in ordine ad finem supernaturalem, rexque tamquam subordinatus potestati Ecclesiasticae aliquid ad eum finem iuste ordinaret.

[f. 202r]

Articulus 9.

Utrum possit cum infidelibus communicari?

Conclusio praecipua Divi Thomae est: Si fideles sint firmi in fide et tales quod ex communicatione eorum cum infidelibus conversio infidelium potius quam eorum subversio sperari possit, non sunt prohibendi a communicatione cum infidelibus. Si autem sint simplices et infirmi in fide, de quorum subversione probabiliter timeri possit prohibendi sunt, praecipue ne magnam familiaritatem cum eis habeant. Quae autem in particulari prohibita sunt fidelibus cum infidelibus praecipue cum Iudaeis, vide apud Sylvestrum verbo *Iudaicus*⁴⁵⁸; et apud alios summistas eodem verbo et verbo *Infidelitas*⁴⁵⁷.

Articulus 10.

Utrum infideles possint habere praelationem aut dominium supra fideles?

Prima conclusio est: Prohibitum est infideles habere officia publica inter christianos, illicitumque est illos praeficere christianis. Patet ex capite Nulla officia 54 d.⁴⁵⁸, et capite Constitui 17, q. 4⁴⁵⁹,

458. SYLVESTRUS PRISIBAS. *Saetate summarum*. v. *Iudaicus*: ed. c., p. 2, p. 72 b-73 a.

457. BARTHOLOMAEUS PUMUS, *Summa armilla*, v. *Iudaicus*, n. 2-11; Barcelona, 1666, f. 272r-273; v. *Infidelitas*: ib., 235v-237, per exemplo.

458. C. I. C., c. 14, D. LIV: ed. Friedberg, I, 211.

459. C. I. C., c. 31, C. XVII. Q. 4: ib., 323.

et ex concilio Lateranense IV.^o sub Innocentio III, et refertur capite Cum sit, extra de Iudaeis⁴⁶⁰, ubi iubetur ut qui eos praefecerit praemissa monitione per provinciale concilium quod quot annis fieri iubetur comescatur et ut ipsi infideli ita praefecti tandu christianorum communitio in commerciis et aliis denegetur, donec in usus pauperum christianorum secundum providentiam dioecesanam episcopi convertatur quidquid fuerit a christianis adeptus occasione officii suscepti. Et ad hoc ipsum exequendum iuxta diffinitionem Concilii Lateranensis, praecipit Gregorius quibusdam episcopis capite Ex speciali, eodem titulo⁴⁶¹, ut inducat Regem Lusitaniae qui Iudaeos quosdam praefecit (f. 202v) in officiis publicis. Et licet capita citata peculiariter loquantur de Iudaels, idem tamen intelligendum est de caeteris infidelibus. Nam concilium Lateranense, capite Cum sit⁴⁶² addit: hoc idem extendimus ad paganos. Et Gregorius IX, capite Ex speciali⁴⁶³, addit: quod si Rex Lusitaniae redditus suos Iudaeis vendiderit vel paganis, christianum tunc deputet de gravaminibus inferendis clericis et ecclesiis non suspectum per quem Iudael sive Sarraceni sine christianorum iniuria iura regalia consequantur. Unde patet gentiles etiam et Sarracenos christianis etiam praefici non posse in officiis publicis, etiam ad exigenda iura regia. Praeterea, lege ultima Cod. de Iudaeis⁴⁶⁴, interdiciuntur Iudaels officia publica et dignitates inter christianos: unde neque gradum doctoratus, eo quod dignitas sit inter christianos, suscipere possunt, bene tamen inter suos.

2.^a conclusio est: Licet ex natura rei non repugnet christianum servum esse infidelis, neque id contra ius naturale aut divinum sit, immo tempore nascentis Ecclesiae servi fuerint infidelium, non tamen id deest neque expedit; unde ultimo iure cautum est ut infideles temporaliter subiecti Ecclesiae aut membris eius, habere non possint in mancipia christianos. Quare si iudaeus vincat chris-

p. MS: Concilium Lateranense 2.

460. C. I. C., c. 16, X, de Iudaeis, V, 6: ed. c., 2, 777.

461. C. I. C., c. 10, X, de haereticis, V, 6: II., 778.

462. Concilium Lateranense IV, const. 69: COD., 267.

463. Vêge la nota 461.

464. Corpus Iuris Civilis Romanus, Cod. Iustinianus, l. 1, tit. 9, n. 19: Basilea, 1556, t. 2, p. 62 a.

lanum in servum. aut quavis alia via eum acquirat, statim nullo soluto pretio manet liber. Quod si habuerit servum vernaculum, id est, natum ex ancilla aut prelio vel quavis alia via in suum servitium comparatum, et ille voluerit esse christianus, manet etiam liber nullo soluto pretio, et esto dominus eius postea convertatur ad fidem, non propterea redit ille in servitutem illius, ut patet lege Deo nobis, § Is ita, Cod. de episcopis ⁴⁶⁵. Quod si servus a iudaeo mercimonii gratia fuerit emptus, et ille vult esse christianus, solutis pro eo 12 solidis, id est, 12 aureis (est enim solidus idem quod aureus nummus apud nos) maneat liber; quod si nec ipse sit [f. 203r] [par] solvendo, nec sit qui pro eo solvat, dominus intra tres menses computatos iuxta quorundam opinionem a die emptionis talis servi, et iuxta alios a die qua coepit velle esse christianus, tenetur eum exponere venalem: et si non exposuerit, statim transactis illis tribus mensibus manet liber, nullo soluto pretio. Antequam autem eitem iura ubi haec omnia continentur, illud advertam: quod si iudaeus exposuerit servum christianum venditioni intra tres illos menses, et non sit qui emat eum, servus ostentim petat, ut solvat pecuniam illam, aut serviet illi quousque iudicabitur sufficere, ut servitio compenset illi pecuniam illam; quod si intra tres illos menses aliquis eum emerit non plus iuris acquirit in eo quam si maneret apud iudaeum non occurrente emptore. Quare vel serviet emptori quousque compensetur servitio pecunia, vel illam quaeret et solvet, atque ita manebit liber. Praedicta omnia sancta sunt capite l., 2 et ultimo extra de iudaeis et sarracenis ⁴⁶⁶, et capite Mancipia ⁴⁶⁷ atque capite Fraternitatem 54 d. ⁴⁶⁸. Denique concedendum est de mancipiis aliorum infidelium, qui subiecti sunt christianis, non tam quia, ut Sylvestrina verbo *Iudaeus*, q. 3, § 5 ⁴⁶⁹ cum quibusdam aliis ait: est eadem ratio, sed quia lege Deo nobis § Is ita, Cod. de episcopis et clericis ⁴⁷⁰, sancitur ut nullus iudaeus vel paganus vel haereticus christianos servos habeat, et quod si in tali reatu fuerint inventi servi omnibus modis sint liberi. Et additur, quod si habuerint servos non chris-

465. *Id.*, l. 1, tit. 3, n. 36, § Is ita: ed. c., 2, p. 50 a.

466. *C. J. C.*, Extravag. Iuannis XXII, VIII, de iudaeis et sarracenis, III, 1: ed. Friedberg, 2, 1289ss.

467. *C. J. C.*, c. 3, X, de rerum permutatione, III, 18: ib., 522; c. 13, D. LIV: ed. c., 1, 211.

468. *C. J. C.*, c. 15, D. LIV: ed. c., 1, 211s.

469. SYLVESTRINA PRINCIPAS, *Synodus synodorum*, v. Iudaeus, q. 3, § 5: ed. c., p. 2, p. 74 b.

470. Videae in nota 465

tianos, et illi desideraverint ad orthodoxam fidem venire, quod postquam fuerint fidei orthodoxae associati, maneant omnibus modis liberi, nullo videlicet pretio soluto. Favet etiam quod attinet ad servos haereticorum sub cognomine, etiam apostatae a nostra religione christiana intelligendi videntur capite Ultimum, extra de haereticis⁴⁷¹. Praeterea lege I, Cod. Ne christianum mancipium⁴⁷², additur: quod si iudaeus possideat quodvis mancipium et illud [f. 203v] circumelderit, privetur mancipio, mancipiumque libertate donetur. Et idem diffinitur in Concilio Toletano IV, capite 57⁴⁷³. Haec autem omnia in favorem fidei merito sancita sunt; dominium namque et pretium infidelium super fideles praeterquam quod ex se esse indecens, vergit etiam in scandalum et periculum fidelium: subditi namque et inferiores facile sequuntur imperium et nutum superiorum, ut hic ait D. Thomas, nisi sint magnae virtutis, infidelesque praefecti officiiis publicis plurimum infesti esse solent fidelibus eosque gravare solent, cap. Cum sit, extra de iudaeis⁴⁷⁴.

Id vero quod D. Thomas subiungit Ecclesiam scilicet hoc ipsum potuisse statuere circa servos eorum infidelium qui Ecclesiae et membris eius non sunt subiecti, atamen non statuere ad vitandum scandalum, non videtur universaliter verum; cum enim Ecclesia ius non habeat supra infideles qui neque ei neque membris ipsius sunt subiecti, et qui neque ei neque membris eius ullam intulerunt iniuriam, ut articulo 8 visum est⁴⁷⁵, non est quod dicamus Ecclesiam statuere posse, ut servi christiani horum infidelium capti in bello iusto aut alia via iusta redacti in servitatem eorum maneant liberi: quia potius id omnino pendet ex libera voluntate eorum in quorum potestate sunt.

Articulus II.

Utrum infidelium ritus sint tolerandi?

Prima conclusio: Quamvis infideles in suis ritibus graviter peccent, tolerare tamen tales ritus non est intrinsece malum, sed licet vel propter aliquod bonum vel ad vitandum grave aliquid ma-

471. C. I. C., c. 19, X, de haereticis, V, 8: ed. Friedberg, 2, 778.

472. *Corpus Iuris Civilis Romani*, Cod. Iustiniani, l. 1, tit. 10, n. 1: ed. c., p. 62 a-b.

473. *Concilium Toletanum IV*, c. 58: *Conciliorum omnium...*, t. 2, 204 b.

474. C. I. C., c. 16, X, de haereticis, V, 8: ed. Friedberg, 2, 777.

475. Veanse les pages 158-178 [504-522].

lum, puta scandalum aut dissidium quod in detrimentum fidelium inde posset provenire aut aliquid simile. Atque hac de causa etiam haereticorum ritus tolerare licet.

2.^a conclusio: Fas est impedire et punire ritus haereticorum et apostatarum. Haec ostensa est articulo 8 conclusione 5.^a; in hoc culm [f. 204r] Ecclesia et principes fideles quibus sunt subiecti ius habent hac in parte, et si ad id sint vires, punire et impedire debent huiusmodi peccata.

3.^a conclusio: Si principes christiani subiiciant terras infidelium, aut iure belli illas possideant, aut infideles adventitij sint, ita quod ius regni et potestatem principis christiani non habeant ab ipsis aut a patribus eorum, licitum est illis prohibere quibuscumque infidelibus ritus eorum, saltem ea lege ut vel a terra sua discedant vel illos ritus non servant; immo licitum est illis ferre legem ut vel fidem Christi suscipiant vel a terra sua discedant. Quando autem hoc ultimum expediat ludicandum est pensatis omnibus circumstantiis et mala ac bona quae inde poterunt provenire. Probatur conclusio, quia cum huiusmodi principes ius regni et potestatem imperandi non habeant ab illis, et huiusmodi peccata digna sint secundum se quae prohibeantur, eorumque prohibitio in honorem Dei et utilitatem reliquae^q reipublicae quod principaliter est in ea, cedat, neque appareat ut principes christiani hac in parte infidelibus iniuriam faciant, maxime cum rempublicam suam hoc ipso quod christiani sunt, accommodate ad finem supernaturalem gubernare debeant, sit ut eis hoc optime liceat.

4.^a conclusio: Quando potestas et ius principum christianorum derivatum esset ab infidelibus aut a patribus eorum, vel infideles adventitij ea conditione essent suscepti in aliquo regno quod permetterentur servare legem et ritus suos, maior est difficultas an prohiberi possint a ritibus suis, etiam libera eis facta facultate discedendi, nisi forte princeps huiusmodi infideles adventitios in perpetuum recepisset, sed retinendos quandiu sibi placeret. Ratio vero

q. M^o reliqui.

dubitandi in his quidem posterioribus est pactum quod intercessit, quod nulla inter[f. 204v]veniente de novo causa aut culpa ex parte infidelium non videretur licitum frangi, maxime cum gravamen et iniuria maxima illis sit, sine causa aut culpa de novo superveniente cogi mutare solum, et vendere quae ibi possidebant; quod propter molestiam non sine magna lactura honorum suorum facere possent. In illis vero prioribus ratio dubitandi est, quia potestas huiusmodi principum in ordine ad ipsos solum se videtur extendere ad finem naturalem ad quem a tota republica et ab ipsis aut a patribus eorum collatum est illi ius regni et potestas imperandi. Quare cum iuxta ea quae articulo 8^o dicta sunt, neque Ecclesia ius habeat in huiusmodi homines, neque principes ea ex parte qua membra sunt Ecclesia, sed solum quatenus sunt principes reipublicae temporales, non videtur aequum eos prohibere ritibus suis.

Dicendum est nihilominus utrosque infideles puniri posse a principe christiano si scilicet blasphemii sint in Christum, fidem aut Ecclesiam, aut aliquam iniuriam fidelibus aut religioni christianae faciant, tum etiam si prohibeant suos ne convertantur, aut ne audiant Evangelium, aut si impediant etiam inter suos praedicationem Evangelii iuxta ea quae articulo 8 dicta sunt⁴⁷⁷. Quae namque adversus infideles alterius reipublicae licent, licent etiam adversus infideles domesticos atque eiusdem reipublicae. Supposita vero fragilitate humana et malitia eorum raro eveniet ut in poenam culparum in nostras et religionem nostram commissarum aut quod prohibeant nos iure quod habemus ipsius divulgandi Evangelium ipsosque monendi, non possint opprimi et subici, immo cogi ut vel discedant vel cessent a ritibus suis et amplectantur legem nostram.

Dicendum est praeterea, quod cum idololatrarum^c peccata contra lumen sunt naturale et contra Deum cognitum in [f. 205r]mine naturali, ad quem tanquam ad finem ultimum naturalem dirigi et ordinari cum minimum debet regimen politicum et naturale reipublicae, fit ut quicumque princeps in sua republica ius habeat puniendi et prohibendi omnia peccata quae sunt contra

c. MS: Idolatrarum.

477. Véanse las páginas 180-184 [506-510].

478. Véanse las páginas 168ss [514ss].

Deum cognitum lumine naturali, qualls est idololatria^a et quales per consequens sunt ritus omnes idololatrarum^b, qui ad eundem finem ordinantur, tum etiam omnia peccata quae sunt contra lumen naturale et bonum regimen republicae politicum, ut sunt furta, adulteria, peccata sodomiae et alia huiusmodi. Quare esto consueta essent, quando principibus aut praedecessoribus eius collatum est ius gubernandi rempublicam, optime ab eo prohiberi possunt et puniri. Atque praeter rationem Divi Thomae, haec est potissima ratio quare ritus paganorum minus tolerari debeant quam Iudaeorum, capite Qui sincera, 45 d.⁴⁷⁹, et alia similia quae praecipunt non prohibere Iudaeis ritus suos consuetos intelligenda sunt, quando ea lege admissi sunt in aliqua republica ut permittantur servare legem suam, neque illi iniuriam aliquam nostris inferunt; non tamen plura permittenda sunt illis quam consueti. Unde capite Iudaei⁴⁸⁰, et capite Consuluit, extra de Iudaeis⁴⁸¹, et lege Hae victura, Cod de Iudaeis⁴⁸² prohibentur aedificare novas synagogas, possunt tamen antiquas reficere dummodo eas non efficiant ampliores. Caetera quae Iudaeis prohibentur et nostris comparatione eorum, videlicet late apud Sylvestrum⁴⁸³ et alios summistas, verbo *Iudaeus*. Libri Infidelium in quibus blasphemiae adversus legem nostram, impugnationes aut dissuasiones continentur non solum prohibendi sunt, sed etiam acriter puniendi sunt auctores eorum quandoquidem iniuriam inferunt sanctissimae fidei nostrae atque obstaculum ponunt Evangelio et propagationi fidei.

Articulos 12.

Utrum pueri infidelium sint invitis parentibus baptizandi?

[f. 205v] Quod attinet ad pueros infidelium qui non pervenerunt ad usum rationis, variae sunt doctorum sententiae an sint invitis

a. MS: Idolatria

b. MS: Idolatraru:m.

479. C. I. C., c. 3, D. XLV: ed. Friedberg, I, 160s.

480. C. I. C., c. 3, X, de iudaeis, sarracenis et eorum servis, V, 6. ed. c., 2, 772.

481. C. I. C., c. 7, X, de iudaeis, sarracenis et eorum servis, V, 6: ib., 773.

482. Véase la nota 480. Véase, también: *Corpus Iuris Civilis Romani*, Cod. Justiniani, l. 1, tit. 9, lex 19: ed. c., 2, 63 a.

483. SYLVESTER PRAXIRAS, *Summa summorum*, p. 2, v. *Iudaeus*: ed. c., p. 72 b-73. Véase, también, por ejemplo: B. FUMOS, *Summa armilla*, v. *Iudaeus*, 2ss: ed. c., f. 372r-v.

parentibus baptizandi? D. Thomas, hoc loco, et 3 p., q. 68, art. 10⁴⁸⁴; Capreolus in 4, d. 5, q. 1⁴⁸⁵; Sotus, eadem d. et q. art. 10⁴⁸⁶; Sylvester, verbo *Baptismus*, 4, q. 6⁴⁸⁷; D. Antoninus 2 p., titulo 12, cap. 2, § 4⁴⁸⁸; et plures alii in ea sunt sententia illicitum esse baptizare filios infidelium invitis parentibus; et nomine parentum intelligunt etiam tutores orphanorum. Et argumentantur 1.^o quia filius iure naturali quandiu usum rationis non habent sub cura continetur parentum etiam quoad educationem et mores instituendos, voluntasque patris eo in tempore voluntas filii reputatur; cum ergo, ius divinum positivum quod ad legem gratiae pertinet, ius naturale non destruat sed perficiat, fit ut quemadmodum propter praeceptum divinum de baptismo suscipiendo patri nulla vis facienda est ut baptizetur, ut articulo 8 ostensum est⁴⁸⁹, ita neque filius contra voluntatem patris sit baptizandus, spoliando patrem iure et potestate quam hac in parte habet in filium. Et confirmatur, quia filius quousque mancipetur est quasi possessio patris, quo uti potest pater ad multa exequenda et cui filius obedire tenetur iure naturali; ergo neque eripi potest ab ipsius potestate, patre invito et manente spoliato iure naturali eo utendi quod habet, etiam si id fiat eo fine ut baptizetur et sit christianus; neque etiam baptizari potest patre invito quandoquidem hoc ipso quod baptizetur et sit christianus⁴⁹⁰ eripiendus sit ab ipsius potestate, ne ab eo pervertatur⁴⁹¹, ut definitum fuit in Concilio Toletano IV, cap. 58⁴⁹² et refertur 28, q. 1, capite Iudaeorum⁴⁹³.

2.^o Nullus cum probabilissimo periculo apostatan[is] 206r]di baptizandus est, quia id cederet in ignominiam fidei et in iniuriam

v. MS: neque enim baptizari potest patre invito, repellido y tachado.

v. MS: praevertatur.

484. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae*, II. II., q. 10, a. 12: ed. Leonina, t. II, 93ss; *Id.*, o. c., III, q. 68, a. 10: *ib.*, t. 12, 102s.

485. I. CAPREOLUS, *Defensiones Theologiae divi Thomae Aquinatis in quarto Sententiarum*, d. 5, q. 1, a. 1, concl. 1: ed. c. (nota 307), t. 6, 113 b-114.

486. D. SOTUS, *Commentariorum in Quartam Sententiarum tomus primus*, d. 5, q. un., a. 10: ed. c., p. 310 b, § Secunda conclusio.

487. SYLVESTER PRINCEPS, *Summa summa*, p. 1, v. Baptismus, 4, 4: ed. c., p. 80 b.

488. ANTONINUS, EP. FLORENTINUS, *Summa*, p. 2, tit. 12, c. 2, § 4: Lyon, 1542, s. f.

489. Véanse las páginas 180-184 [306-310].

490. *Concilium Toletanum IV*, c. 58: *Conciliorum omnium... tomus secundus*, 204 b.

491. *C. I. C.*, c. 11, C. XXVII, Q. 1: ed. Friedberg, 1, 1087.

sacramentorum; sed si parvuli infidelium invitis parentibus baptizentur probabilissimum est eos cum ad usum rationis et aetatem perfectam pervenerint futuros apostatas et sequuturos infidelitatem parentum vel perversi et quasi a parentibus suis, vel amore parentum cognita secta eorum, cum sequendo, esto non permittantur ire ad suos, maxime cum in velitum nitamur; ergo parvuli infidelium baptizandi non sunt invitis parentibus.

3.^o Ecclesiae consuetudini standum est, cuius autoritas maior est quam autoritas alicuius doctoris sancti; at Ecclesia numquam consuevit baptizare filios infidelium invitis parentibus, neque id Sylvester Constantino, neque Ambrosius Theodosio suasit; cum ergo si id licitum fuisset, peccatum fuisset non fuisse executioni mandatum quoties fuit facultas illud faciendi, quandoquidem inde salus spiritualis multorum pendebat, quam Deus unicuique circa proximum suum mandavit, sit ut licitum non sit.

4.^o argumentantur ex capite Ex litteris⁴⁹², de conversione infidelium, ubi discernitur quod patri converso ad fidem tradatur filius quadriennis ut baptizetur et perducatur ad fidem, matre infideli renuente; unde contrario sensu colligunt quod utroque parente infideli renuente auferendus ab eis non sit filius ut baptizetur.

Scolus vero, in 4. d. 4, q. 9⁴⁹³, quem Gabriel, eadem disp. q. 2, dub. 5⁴⁹⁴; Ledesma, 1.^o 4.^o q. 9, art. 10⁴⁹⁵; et quidam alii sequuntur, in ea est sententia ut dicat licitum esse non quidem cuiquamque personae privatae, sed [f. 206v] principibus quibus alias infideles subditi sunt, auferre ab huiusmodi infidelibus parvulos suos ipsis invitis ut baptizentur, dummodo et absque periculo vitae corporalis talium parvulorum id fiat, et praeterea tales pueri ut religiose educantur post baptismum a parentibus separatis ita ut non sit periculum apostatandi. Potissimum argumentum Scoti est, quia in potestatibus subordinatis potestas inferior non obligat in his quae sunt contra ordinem superioris, ut Augustinus docet sermone 6 de verbis Domini⁴⁹⁶. Quare si huiusmodi causa ad indicem all-

492. C. I. C., c. 2, X, de conversione infidelium, III, 33: ed. c., 2, 588s.

493. I. D. SCOTUS, *Questiones in libros quartus Sententiarum*, d. 4, q. 9: ed. c. (nota 11), t. 16, p. 487 b y 489 a.

494. GABRIEL BIEL, *Epithome et Collectorium...*, l. 4, d. 4, q. 2, dub. 5: ed. c. (nota 9), p. 203s.

495. M. DE LEDESMA, *Primo Quartus*, q. 9, a. 10: Coimbra 1555, t. 1, pp. 149-152.

496. AUGUSTINUS, *Sermo 6 de verbis Domini*, Sermo 62 de Scripturis, 8, 13: PL 38, 420s.

quem deferatur, debet facere ut stetur ordinationi potestatis superioris, posthabita ordinatione potestatis inferioris, immo inferiore invito et renitente; sed Deus et parentes sunt potestates subordinatae, habentes ius in parvulum, Deusque qui potestas superior est et a quo parentes potestatem et ius habent in filius, praecipit ut filius baptizetur, quantumcumque parentes renuant, princeps reipublicae non solum potest, sed et debet facere ut stetur ordinationi et praecepto divino, ac proinde ut pueri infidelium baptizentur etiam parentibus renuentibus, etsi ut id commode fiat opus fuerit eos eripere de ipsorum potestate, poterit et debet illud facere.

Alli vero, de quorum numero est Ledesmius, loco citato⁴⁹⁷, probant etiam ministros Ecclesiae posse invitis parentibus baptizare filios infidelium, si sine scandalo et cum debita cautela ne pervertantur, id fieri possit; primo, quia baptizare pueros infidelium invitis parentibus neque est contra ius naturale neque de se malum; ergo cessante scandalo et adhibita debita cautela ne per[*f.* 207r]-vertantur licitum est. Consequentia patet, et antecedens probatur, quia si de se esset malum et contra ius naturale numquam liceret, quod tamen est falsum; uno enim coniuge converso ad fidem (etiam si sit mater) filii sunt baptizandi altero invito, ut patet ex diffinitione Concilii IV Toleranti, 26. q. 1, cap. Iudaeorum⁴⁹⁸, in qua re praefereendus esset pater (alias fieret ei iniuria), nisi de se invitis parentibus infidelibus licitum esset filios eorum baptizare, quemadmodum iniuria fieret patri, si mater contra voluntatem illius impediret, ne filius literas disceret.

2.º Ministri Ecclesiae possunt docere filios infidelium cum pervenerint ad usum rationis ea quae sunt fidei etiam invitis parentibus, idque ut perducant eos ad fidem; immo possunt principes prohibere parentes ne impediant liberos suos audire ea quae sunt fidei, et si ad id opus esset movere adversus eos bellum, ut patet ex his quae dicta sunt articulo 8^{to}; ergo poterunt etiam ministri Ecclesiae efficere eos christianos antequam perveniant ad usum rationis baptizando eos invitis parentibus.

3.º Si parentes aut domini pravis moribus instituerent filios aut ancillas contra ius naturale, ut si prostituerent filias aut docerent filios furari, vel instigarent ancillas ad peccandum ipsis invitis, tam filii quam ancillae criplendae essent ab ipsorum po-

497. Véanse las notas 490 y 491.

498. Véanse las páginas 168-174 [512-620].

testate, ut aliter educarentur et a tali periculo eriperentur, ut patet lege Si lenones, cod. De episcopali audientia⁴⁹⁹, et lege Lenones, cod. De spectaculis, libro 11⁵⁰⁰. Cum ergo parentes infideles abutantur potestate quam in parvulos suos habent, dum eos prohibent baptizari perversurique sint eorum mores inducturique sint eis, ut in perniciem suarum animarum sint infideles, fit [l. 207v] ut licitum sit autoritate publica eripere eos de manibus eorum et baptizare eos atque baptizatos nutrire et instituere bonis moribus separatos a parentibus.

4.^o In statu legis naturae poterat quis alienum filium invitis parentibus Deo offerre et illi applicare remedium contra peccatum originale quo ab eu mundaretur et iustificaretur; ergo et modo ad eundem effectum potest quis invitis parentibus infidelibus baptizare alienum filium.

5.^o Potius subveniendum est alicui in periculo mortis aeternae quam temporalis; sed si pater vel alius occidere vellet infantem, licitum esset invitis parentibus eripere eum de manibus illius; ergo ad eripiendum eum de morte aeterna licitum erit eripere eum de potestate parentum, et invitis parentibus baptizare atque educare separatum ab illis.

Est et 3.^a sententia Durandi, in 4, d. 4, q. 6⁵⁰¹, conveniens cum D. Thoma, filius eorum infidelium qui non sunt christianorum mancipia non posse invitis parentibus baptizari; at vero filius eorum infidelium qui christianorum sunt mancipia posse invitis parentibus ab eis separari et postquam separati sint, posse invitis parentibus baptizari.

Ut vero de hac re dicam quod sentio sit 1.^a conclusio: Statim ac pueri habent usum rationis licite etiam invitis parentibus, induci possunt ad fidem, et si illi velint converti (ut invitis parentibus licite possunt) licite baptizari et eripi ab ipsorum potestate ne pervertantur. Haec est Divi Thomae, hoc loco, et communis; et [l. 208r] probatur primo quia nos ius habemus praedicandi Evangelium omni creaturae et perducendi omnes ad fidem, neque in eo quod praedicemus Evangelium huiusmodi parvulis iniuriam

499. Corpus Iuris Civilis Romani, Cod. Iustiniani, l. 1, tit. 4, 12; ed. c. (nota 464), t. 2, p. 52 a.

500. *Ib.*, l. 11, tit. 40, §: ed. c., p. 447 a.

501. Donatus. Commentariorum Libri IIII, in 4, d. 4, q. 6, n. 99; ed. c. (nota 3), f. 207v b-301r a

facinus parentibus eorum, quin potius ipsi nobis iniuriam facerent, si nos prohiberent ea in parte, ut ex dictis articulo 3⁵² patet. Deinde vero parvulus statim ac habet usum rationis et liberi arbitrii est suus, ut possit sibi providere quae ad lus naturale et divinum spectant, quandoquidem peccat huiusmodi rebus⁵³ non pariendo; ergo et induci potest ad fidem invitis parentibus et accipere fidem ac baptizari, et cum baptizatus fuerit atque ut baptizetur eripi ab ipsorum potestate ipsis invitis ne pervertatur.

Dubium est hoc loco quando puer censendus sit habere usum rationis, ut ipso consentiente baptizari posset invitis parentibus? Sylvester, verbo *Baptismus* 4, q. 8⁵⁴, affirmat quod cum pervenerit ad finem secundi septennii, id est, cum fuerit 14 annorum. Et refert sententiam Calderini⁵⁵ quod sufficit si sit 12 annorum; et in feminis affirmat ipse quod satis est si sint 12 annorum et quod tenetur pater eas dotare de bonis licite acquisitis pro qualitate personae et pro facultatibus suis. Scotus vero, loco citato⁵⁶, cuius sententia magis placet, affirmat quod satis est, si puer catechismus instructus intelligat quid sit baptizari atque amplecti fidem christianam ad hoc ut etiam infra illam aetatem consentiens debeat baptizari invitis parentibus et extrahi ab ipsorum potestate; imo addit quod si res esset dubia an perfecte haberet usum rationis ad sensum explicatum, et nihilominus peteret baptizari, inclinandum esset in favorem fidei atque baptismi, baptizandusque esset invitis parentibus et eripiendus ab ipsorum potestate. Addit praeterea quod si parentes converterentur ad fidem et de puero [f. 208v] esset res dubia an consentiret, baptizari, quia ex una parte videretur renuere et ex alia consentire, baptizandus esset quia, inquit, in re dubia inclinandum est in favorem fidei atque baptismi. Existimo tamen in hoc eventu si non esset periculum mortis expectandum esse quousque de alterutra parte magis constet, tum ne iniuria fiat sacramento, si renuenti et flecto consecratur, tum etiam propter dubium quod

x Lectura probable.

502. Vénase las páginas 166-174 [512-520].

503. SYLVESTER PRIMAS, *SUMMA SUMMARUM*, p. I, v. *Baptismus*, 4, 8.
*d., c., p. 81 a.

504. Véase en SYLVESTER PRIMAS, l. c. (nota anterior): p. 81 a-b.

505. Véase la nota 496

in posterum oriri potest utrum ille sit revera baptizatus. Quod si periculum esset mortis, baptizandus esset in re dubia, attamen sub conditione si vel nondum habet usum rationis vel consentit; transacto vero periculo mortis examinandum est amplius an baptismus prius collatus fuerit validus; et si res adhuc esset dubia et puer postea plene consentiret baptizari, iterum esset baptizandus sub hac conditione: Si non es baptizatus, ego te baptizo, etc.

2.^a conclusio. Quod attinet ad filios fidelium aut etiam apostatarum vel haereticorum baptizandi sunt invitis parentibus et eripiendi ab ipsorum potestate, si periculum sit quod in ipsorum potestate pervertantur. Imo fideles si renuant filios suos baptizari intra tempus consuetum in Ecclesia puniendi sunt tamquam suspecti in fide, nisi sufficienter se purgaverint legitimamque rationem reddiderint quare renuerint filios suos intra tempus consuetum baptizari. Conclusio probatur, quia Ecclesia in hos omnes ius habet tamquam in parte reipublicae christianae aut in eos qui ad rempublicam christianam pertinuerunt atque sua culpa ab ea egressi sunt. Quare hos omnes cogere potest ut in se et in liberis suis impleant omnia praecepta divina; et si ipsis in liberis suis exequi noluerint praeceptum quo tenetur baptizare pueros, potest Ecclesia tamquam potestas ipsis ea in parte super [f. 209r] illis invitis id exequi et eripere pueros ab ipsorum potestate ne pervertantur^y.

3.^a conclusio. In universum licitum est filios infidelium parentibus invitis baptizare, dummodo et absque scandalo et periculo apostatandi id fiat, et non alia iniuria eis irrogetur; imo esto antea illis illata forte esset iniuria in eo quod ab ipsorum potestate ablati essent filii, licitum est eos baptizare modo adsint aliae circumstantiae assignatae. Hanc conclusionem suadet aliqua ex parte argumentum Sculi et suadent caetera quae illi adiuncta sunt. Et potissimum fundamentum conclusionis est quod parentes invidiosos renuentes liberos suos baptizari, abutuntur iure quod habent in filios, neque actus ille est actus iuris aut iustitiae quam habent in ordine ad filios, sed actus iniuriae quam filii irrogant dum contra ius divinum eos privant tanto bono, et est actus peccati quo transgrediuntur ius divinum. Quare cum fideles ut

y. MS: praevertantur.

ius habent praedicandi Evangelium et convertendi ad fidem ita etiam ius habeant baptizandi, dummodo nulli iniuriam inferant, fit ut non teneantur hac in parte de iniqua voluntate parentum prohibentium filios suos baptizari, sed possint eos invitis parentibus baptizare, dummodo eis aliam non faciant iniuriam. Quare non solum auctoritate principum quibus subiecti sunt infideles, id licet, ut dicebat Sotus, sed simpliciter et absolute licet fidelibus et Ecclesiae.

Neque quemquam movere debet quod Caetanus⁵⁰⁶, hoc loco, et Sotus loco citato⁵⁰⁷, dicunt conantes persuadere quod non obstante iure divino quo Deus praecipit eos baptizari, iniuria nihilominus fiat parentibus si ipsis invitis filii ipsorum baptizentur, eo quo priventur iure suo naturali quod in filios habent; inquirunt enim quod cum et [c. 208y] ius naturale quod parentes in filios habent derivetur a Deo Optimo Maximo qui instituit naturam, et parentibus hoc ipso quod naturam ita instituit, ius illud in filios contulit; et praeterea ius divinum de baptismo suscipiendo a Deo derivetur, duobus modis praeceptum de baptismo potest intelligi: altero quod omnes baptizentur non obstante iure naturali quod Deus parentibus in filios contulit, quasi ius naturale per divinum de baptismo suscipiendo maneat hac in parte derogatum; et altero quod omnes baptizentur, nullo tamen facto praedudicio iuri naturali quod Deus parentibus in filios contulit. Quemadmodum si rex ferret legem quod omnes solverent certum tributum ad structuram cuiusdam pontis, duobus modis lex potest intelligi: altero quod non obstante privilegio quod nobiles habent a rege, quo immunes sunt a tributo, illud solvant; et altero quod nullo facto praedudicio privilegio quod nobiles habent, omnes solvant. In primo namque eventu nobiles tenerentur solvere maneretque derogatum privilegium eorum; in secundo vero minime, sed maneret integrum. Inquirunt ergo et cum lex gratiae non destruat sed perfluat ius naturae, non est censendum Deum in primo sensu statuissse legem de baptismo suscipiendo, quasi maneret derogatum ius parentum in filios ea in parte; sed in secundo sensu. Et ob id putant iniuriam fieri parentibus infidelibus, non obstante praecepto universali de baptismo, si ipsis invitis baptizarentur

506. THOMAS A VIO, *Commentarii in III.*, q. 10, a. 12. ed. Leubna, t. 8, p. 98.

507. Véase la nota 486.

filii eorum. Hoc, inquam, quod Sotus et Caletanus dicunt, movere quemquam non debet; numquam enim id quod de facto est contra praeceptum censetur exceptum tali praecepto. Quare cum Caletanus et Sotus confiteantur parentes infideles prohibentes filios suos baptizari peccare mortaliter contra praecep[t. 210r]-tum latum a Christo de baptismo, fit ut tali praecepto non censeatur exceptum ius ad actum illum; nobiles autem excepti a lege de tributo solvendo non peccant contra legem de tributo solvendo. Praeterea ius naturale quod parentes habent in filios suapte natura intelligitur ad disponendum circa illos in licitis; neque enim eos interficere possunt aut vendere absque sufficientissima causa, aut praecipere illis peccata. Hoc ergo ipso quod Deus praecepit illos baptizari, ius non habent id impediendi, neque standum est hac in parte voluntati eorum.

Ex conclusione proxime assignata, colligo 1.^o: non solum licitum esse, ut dicebat Durandus⁵⁰⁸, baptizari filios servorum infidelium invitis parentibus, separando eos prius a consortio parentum, quod licite possunt facere domini utentes iure suo quod habent hac in parte in servos suos; sed etiam licitum esse baptizare illos parentibus invitis antequam ab eis separentur, dummodo caveatur ut antequam sit periculum quod in posterum eis noceat, separentur. Hoc secundum negat Sotus⁵⁰⁹, loco citato⁵¹⁰; attamen aperte colligitur ex conclusione proxime probata, satisque ostensum est parentibus ea in re non fieri iniuriam.

Colligo 2.^o, licitum esse baptizare invitis parentibus infantes captos in bello iusto, et a parentibus separatos tum etiam infantes ablatos furtim atque iniuste ab Aethiopibus aut ab aliis, et ad nos delatos, qui tamen liberi sunt quandoquidem nullum ius tribuit dominium in istos.

Colligo 3.^o, licitum esse iuxta definitionem Concilii Toletani IV⁵¹¹ et capite Iudaei 28, q. 1⁵¹¹, altero coniuge existente fidei sive is pater sive mater sit, baptizare parvulos eorum, altero

508. Durandus, *Commentariorum libri IIII* in 4, d. 4, q. 6, n. 898: ed. c., f. 300v b-301r a.

509. Vide la nota 498.

510. Concilium Toletanum IV, c. 92: Conciliorum omnium..., t. 2: p. 204 b.

511. Vide la nota 491.

renuente atque invito, traditisque illis huiusmodi parenti [f. 210v] fidelis in favorem fidei; in eo enim quod baptizentur infidelis invito, nulla parenti infidelis fit iniuria, ut ostensum est; in eo vero quod tradatur fidelis in favorem fidelis et bonum proflis, maxime utroque in eo quod sit parens ius habens^z suo modo in filios, nulla etiam ei fit iniuria; in ea vero quod pueri cum parente fidelis atque inter christianos educentur, cessat periculum probabile quod pervertatur^a.

Colligo 4.^o, quod quando nulla spes est moraliter loquendo quod infans aliquis filius infidelium evadat mortem, licitum est cuicumque fidelis imo ad id tenetur, si sine notabili scandalo aut periculo gravi proprio vel alterius id exequi potest, baptizare talem infantem invitis et renuentibus parentibus. Probatur, quia ea in parte non facit iniuriam parentibus, et unicuique mandavit Deus de proximo suo¹¹², indeque pendet puerum illum consequi vitam aeternam vel ea privari in aeternum. Solutio¹¹³, D. Antoninus¹¹⁴, locis citatis, et quidam alii ex his qui putant illicitum esse baptizare filios infidelium invitis parentibus, affirmant in hoc casu esse licitum; quod certe aperte indicat in eo praecesse quod filius invitis parentibus baptizetur nullam parentibus fieri iniuriam.

Quod parit difficultatem in hac materia illud est: utrum liceat^b private parentes infidelis iure reliquo quod habent in filios proprios ad hoc ut baptizentur et christiani fiant, quando alias probabiliter christiani non erant futuri, et^o utrum liceat eripere illos de ipsorum potestate et educare illos separatos ab illis. Et quidem Scotus¹¹⁵ partem sequitur affirmativam, maxime si id fiat auctoritate publica principis cui temporaliter sunt subiecti. Et eandem partem absolute affirmat Ledesmius¹¹⁶ si sine scandalo id fieri

z. MS: habente.

a. MS: praevertantur.

b. MS: ut.

112. Ebd. 17, 12.

113. Véase la nota 486.

114. Véase la nota 486. S. Antonino, después de afirmar que non licet nutricibus iudeorum parvulorum invitis parentibus baptizare eos, añade: «Sed si in articulo mortis hoc facerent, credit [S. Thomas] quod non peccarent.»

115. Véase la nota 493. El texto a que aquí se refiere está en la p. 408 a.

116. Véase la nota 495.

possit. Et confirmari potest, quia ad vitam corporalem pueri licitum est illum eripere de potestate patris, et privare pa[. 211r]-trem iure et potestate utendi in filio in his in quibus filius est illi subiectus; ergo et ad vitam spiritualem pueri, quae pendet ex eo quod baptizetur et christianus sit, hoc ipsum licitum erit. Et confirmatur 2.^o, quia si puer aliquis eo animo sublatuisset a parentibus infidelibus (ut ab Aethiopicis aut Brasillis) et delatus esset ad nos, esto esset facultas iterum illum remittendi ad suos, durum videtur affirmare quod esset remittendus cum tam probabili aut potius certo periculo damnationis talis pueri; at si patres privari non possunt iure quod habent in filios ad hoc ut filii sint christiani, certe tenetur qui illum sustulit, remittere eum antequam baptizetur, et si non remittat et puer baptizetur, tenetur restituere patri iniuriam quam illi intulit, privando eum filio suo, tum etiam puero tenetur restituere patris ad quae ius habebat, et quae illi ex patre^c debebant provenire, quandoquidem talibus bonis illum privavit; quod tamen durum videtur.

Sit nihilominus 4.^o conclusio. Illicitum est etiam principi eripere filios infidelium sibi subditorum ut baptizentur invitis parentibus, et baptizati educantur separati ab illis; et similiter illicitum est baptizare filios infidelium invitis parentibus, quando futurum est ut filii eripiantur a potestate paterna, eo quod sint baptizati, patresque privandi sunt iure et potestate quam habent in filios. Iuxta hanc conclusionem vera est sententia Divi Thomae, et quia id est frequentius, neque iuxta 3.^{am} conclusionem licitum est baptizare filios infidelium invitis parentibus, nisi ubi non est scandalum neque periculum apostasiae, fit ut moraliter loquendo potius dicendum sit illicitum esse baptizare filios infidelium invitis parentibus quam esse licitum, quia illud frequen[. 211v]-tius multo est quam hoc. Hanc conclusionem probant rationes factae pro opinione Divi Thomae. Et quod neque principi id liceat, ut dicebat Scotus⁸⁷, patet ex dictis articulo 8.^o. Princeps enim in ordine ad infideles non habet ius per comparisonem ad finem

c. Hemos leído conforme a la letra del manuscrito. Lo correcto parece ser: «tum etiam puerum tenetur restituere patri qui ius habebat, et ea quae illi ..»

517. Véase la nota 493.

518. Véase la página 175, ad 2 [521].

supernaturalem, sed dumtaxat naturalem atque ad bonum regimen reipublicae politicum. Quare sicut ad hoc ut christiani fiant, non potest cogere et vim facere adultis non obstante divino praecepto de baptismo suscipiendo, ut ibidem ostensum est, ita neque potest illos privare iure quod in filios habent eripiendo ab ipsorum potestate filios, quod filii christiani sint et baptizentur.

Ad duas ergo confirmationes quibus paulo ante pars opposita confirmata est, respondetur ad primam quidem negando consequentiam, quia puer non est in extrema necessitate vitae spiritualis, ut est corporalis, quandoquidem cum pervenerit ad usum rationis poterit facere quod in se est et converti ad fidem, aliisve modis adduci poterit ad fidem; propter gravem autem necessitatem pueri pater privandus non est iure naturali quod in filium habet. Quod si filius esset in extrema necessitate vitae spiritualis puto quod licitum esset privare patrem iure quod in filium habet quoniam filius vitam aeternam consequeretur et mortem aeternam evaderet.

Ad 2^{am} dicendum est, quod utique peccatum mortale contra iustitiam esset auferre ita filium a parentibus infidelibus, animo ut baptizaretur et fieret christianus, isque qui ita auferret, si commode posset teneretur satisfacere iniuriam patri; ac postquam esset ita ablati et separatus longo intervallo a parentibus, in primis si non esset spes illum restituendi vero patri quod ignoratur quis ille sit aut ubi sit vel quia non est facultas illum deferendi in patriam suam, baptizandus esset. Quod si esset facultas et spes illum restituendi vero patri [f. 212r] attamen id non esset facile neque sine periculo pueri, in bonumque spirituale pueri expectari posset quousque perveniret ad usum rationis, maxime cum usque ad illud tempus puer in domo patris potius oneri et sumptui futurus esset patri quam emolumento et utilitati; et cum pervenisset ad usum rationis blandimentis et rationibus suadendus esset acceptare fidem; hoc autem quod consentiret, ut licite potest, baptizandus esset, paterque infidelis amitteret ius in filium propter periculum ne ab eo pervertatur^d, isque qui illum eriperet liberaretur ab onere illum restituendi quamvis forte ad aliquam levem restitutionem teneretur propter iniuriam prius patri illa-

d. MS: praeventatur.

tam. Quod si consentire non vellet, restituendus esset patri, si etiam baptizaretur antequam perveniret ad usum rationis, is qui illum abstulit, teneretur ad illa quae in argumento inferentur, quae etiam si dura primo aspectu videantur, dura tamen sunt.

Superest respondeamus ad argumenta proposita Divi Thomae, quatenus cum 3 conclusione pugnare videntur, et ad reliqua quatenus pugnare videntur cum 4.^a. Ad primam* ergo propositionem Divi Thomae dicendum est iam ostensum esse patrem non habere ius ad prohibendum baptismum filii quod contrariatur iuri divino, licet ad reliqua quae non contrariantur ius idem in eo remaneat, quod esset secluso tali praecepto. Quare negandum est quoad illum actum filium subieci potestati patris voluntatemque patris hac in parte reputari voluntatem filii. Ad confirmationem dicendum est probari ea optime quartam conclusionem, nihil ergo colligere contra tertiam.

Ad 2 dicendum est, iam dictum esse in tertia conclusione solum esse licitum quando non est probabile periculum apostasiae ut in casibus ibi numeratis non est.

Ad 3 dicendum est consuetudinem Ecclesiae solum esse [f. 212v] iuxta tenorem quartae conclusionis aut ubi esset scandalum grave vel periculum seditiosae aut alicuius alterius rei gra- vis, vel periculum apostasiae; quare argumentum nihil colligit contra nos.

Quatum argumentum nihil colligit contra nos, quia ubi uterque parens infidelis renueret, baptizandus non est, nisi in casibus in tertia conclusione exceptis.

Ad argumentum Scoti dicendum est maiorem esse veram, si iudex ad quem causa illa deferretur sit legitimus et qui ius habeat ad exigendum ut obediat praecepto potestatis superioris, quod ius non habent in proposito principes temporales aut Ecclesia in ordine ad eos infideles qui fidem nunquam professi sunt, ut articulo 8.^o ostensum est, sed Deus id sibi reservavit. Quare prin-

a. MS: Ad primum

510. Véanse las páginas 174ss [320ss].

ripes temporales neque cogere possunt: homines huiusmodi ut baptizent filios suos neque ad eum finem eripere ens de ipsorum potestate. Primum et 2^o confirmant 3^o conclusionem, nihil vero colligunt contra 4^{am}.

Ad 3, neganda est consequentia, quia respublica et principes temporales habent ius in omnes subditos in ordine ad finem naturalem et ad bonum regimen reipublicae politicum, non vero in infideles ad finem supernaturalem, ut articulo 8^o visum est; peccata autem de quibus sermo est in antecedente sunt contra bonum regimen reipublicae politicum; peccata vero de quibus est sermo in consequenti sunt solum contra finem supernaturalem; et ob id consequentia est nulla.

Ad 4 respondet Sotus²⁰: admittendo antecedens et negando consequentiam, quia, inquit, applicatio illa remedii legis naturae non erat sacramentum, neque eo fiebat protestatio alicuius legis et religionis servandae, quemadmodum in baptismo in lege gratiae et in circumcisione in lege scripta. Quare inde neque sequebatur iniuria parentis neque contumelia sacramentorum et religionis si in potestate parentis [f. 213r] postea puer esset malus et peccator¹.

Ad 5 iam dictum est quod si utrobique esset extrema necessitas esset par ratio; at vero in baptismo filiorum infidelium non esset extremam, sed gravem necessitatem.

Circa responsionem ad 2 Divi Thomae advertendum restat quod ut probe notat Sotus, loco citato²¹, quicquid sibi voluerit D. Thomas iunior in epistola ad ducissam Brabantis, opusculo 21^o, iudaei non aliter servi sunt christianorum quam tributarii; neque hoc modo omnes, sed illi tantum qui commorantur in terris eorum christianisque sunt subiecti. Quare, quod iudaei sunt, neque spoliari licite possunt bonis suis, neque compelli ad fidem.

¹ MS: peccatorum.

²⁰ Véase la página 176, ad 4 [522].

²¹ D. Soto, *Commentariorum in Quartum Sententiarum tomus primus*, d. 5, q. un., a. 16, § Tertio argitur: ed. c., p. 313 a-b.

²² Véase la nota anterior: ed. c., p. 314 b.

²³ THOMAS AQUINAS, *Opusculum 17* (ed. Romana 21: De regimine iudaeorum ad ducissam Brabantiae: ed. Vivès, Paris, 1875, t. 27, p. 413).